Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Erber, Bernardinus

Notitiae Illustris Regni Bohemiae Volumen ...

Bd.: 1

Vindobonae [1760]

Res/2 Austr. 60-1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00077777-4
VD18 11676639

2° Austr. 60..-1

R

NOTITIA
ILLUSTRIS REGNI
BOHEMIÆ.

1.




Parentes Patriæ.
Horti. Augustorum.
Francisci. Et. Mariæ Theresiæ Impp.
Indulgentia Et Liberalitate.
In.
Conlegium. Nobilis. Iuventutis. Conversi.
Anno CIↃ. IↃ. CC. XLVI.
J. Mansfeldt. fecit


Horti. Augustorum.
Francisci. Et. Mariæ Theresiæ Impp.
Indulgentia Et Liberalitate.
In.
Conlegium. Nobilis. Juventutis. Conversi.
Anno CIↃ. IↃ. CC. XLVI.

NOTITIÆ
ILLUSTRIS REGNI BOHEMIÆ
VOLUMEN PRIMUM,
COLLECTUM
A
BERNARDINO ERBER, S. J. SACERDOTE,
MARIÆ THERESIÆ
AUGUSTÆ
HONORIBUS DICATUM
A
FRANCISCO DE PAULA COMITE
DE SCHAFFGOTSCHE,
DUM IDEM
SUB AUGUSTISSIMIS AUSPICIIS
IN
REGIO THERESIANO S. J. NOBILIUM COLLEGIO
TENTAMEN PUBLICUM
EX
DISCIPLINIS PHILOSOPHICIS, HISTORICIS ET MATHEMATICIS
SUBIBAT

ANNO CIↃ. IↃ. CC. LX. Menſe Septembri.



VINDOBONÆ,
TYPIS JOSEPHI KURTZBÖCK, UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

AUGUSTISSIMÆ.
INVICTISSIMÆ. AC. POTENTISSIMÆ.
PRINCIPI.

MARIÆ. THERESIÆ.

ROMANORUM.

IMPERATRICI.

GERMANIÆ. HUNGARIÆ. APOSTOLICÆ.
ET BOHEMIÆ.

REGINÆ.

ARCHI-DUCI. AUSTRIÆ.
DUCI. BURGUNDIÆ. BRABANTIÆ. MEDIOLANI.
STYRIÆ. CARINTHIÆ. CARNIOLIÆ. LUXENBURGI. WÜRTEMBERGI. UTRIUSQUE. SILESIÆ.

PRINCIPI. SUEVIÆ.

MARCHIONI.
S. R. I. BURGOVIÆ. MORAVIÆ. UTRIUSQUE. LUSATIÆ.

COMITI.
HABSBURGI. FLANDRIÆ. TYROLIS. GORITIÆ. GRADISCÆ.
&c. &c.

DOMINÆ. DOMINÆ.
CLEMENTISSIMÆ.

AUGUSTISSIMA IMPERATRIX!

Felicitatis metam, quam vel ſperare ætas mea poterat, me hodie conſequi video, cum Auguſtiſſimis ſub Auſpiciis MAJESTATIS TUÆ *non tam ediſcendis, quam palam propugnandis Philoſophicis, Hiſtoricis ac Mathematicis Diſciplinis finem imponere clementiſſime indulgetur.*

Magna ſunt, eaque quam plurima TUA *in me & gentem meam beneficia, hoc tamen, quo me jam beas, tam ſingulare, tam inſolitum, ut nec illi declarando, minus agendis pro eo, quas debeo, gratiis, me judice, facundia ulla reſpondeat. Biennio abhinc* TUA, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX! *venia cum Fratre meo receptus fui in Collegium Nobilis Juventutis, quod non ſolum* TUA, AUGUSTISSIMIQUE CON-

CONSORTIS TUI indulgentia & liberalitate surrexit, sed etiam Magno illo in universo orbe THERESIÆ gloriatur nomine, & a TE novis in dies prope singulos cumulatur muneribus: insigne istud est; sed in omnes divisum, qui domicilium hoc mecum incolunt: literarias assertiones Sacratissimo TUO Nomini inscribi pateris; hoc, etsi rarius, in complures tamen a TE jam collatum: sed quod hoc ipsum mihi uno, eodemque tempore concedas, quo Germanus meus idem Augustum munificentiæ, benignitatisque indicium a Summo in terris Principe, AUGUSTISSIMO CONJUGE TUO, accipit, hoc eximium, hoc insolitum, hoc singulare, mihique ita proprium, ut socium in eo ante me agnoscam neminem.

Verum ipsa hæc Beneficii magnitudo, quam probe dispicio, facit, ut, verbis deficientibus,

tibus, tacitus eam venerer, & in illorum vices animum, vires & facultates meas, me totum denique TUIS *consecrem obsequiis: exigua hæc est gratitudo, vile & abjectum munus, aperte fateor; sed tamen illud, quo majus nos mortales homines ipsi immortali Numini, cujus* TU *locum in terris geris, offerre non possumus, & ipsus, Principibus Suis æternum dicare, jam puer a Parente & Avo didici.*

Animo ita comparatum patere jam AUGUSTISSIMA IMPERATRIX! *ut ad* MAJESTATIS TUÆ *Thronum, velut ad sublimem sapientiæ sedem, positiones has meas in genua procumbens deponam: at librum* TIBI *una offero, cujus argumentum tale est, ut potiori jure nulli, ac* TIBI, *inscribatur; Notitiam quippe illius Regni complectitur, ad cujus gubernacula capessenda, si vel avitus tot Augustorum sanguis* TE *non vocasset, poterant*

terant omnes, quæ in Principe desiderantur, dotes nullo negotio TE evehere; & vero etiam ingens illa animi TUI Magnitudo, qua omni fere Europæ, arma in TE capessenti, fortis restiteras, secundum Numen illud primum TIBI asseruit.

Deus Optimus, Maximus porro hoc TIBI firmet, & illustres illas Provincias, quas primi Majores TUI cum Bohemia possederant, restituat integras, & in TE non solum felicissimam Augustæ Lotharingo-Austriacæ Stirpis Matrem, sed & Aviam, & Proaviam quam diutissime venerari nobis concedat.

SACRÆ MAJESTATIS TUÆ

CLIENTUM INFIMUS
FRANCISCUS DE PAULA
COMES DE SCHAFFGOTSCHE.

AD LECTOREM.

Paucis in limine te morabor Lector Benevole! Notitiam tibi offero Illuſtris Bohemiæ Regni, a rebus quam plurimis, noſtra tamen ætate maxime a bellis, in eo ſuſceptis, & utinam aliquando terminandis! celebratiſſimi. Variam hanc reperies, non tamen novam, non ex arcanis quibusdam monumentis deductam: quidquid in illa tibi occurrerit, id fere totum, ab aliis jam notatum, & publicis etiam literis conſignatum tantiſper crede, &, ubi evolveris, etiam ſcies. Lapſum alicubi ſi deprehendas, hominem primum me cogita, & tum fontes, fide optima a me ubique detegendos, conſule: hi me aut defendent, aut ſecum aberraſſe te edocebunt.

Opellæ totius, per vices in lucem edendæ, œconomiam ejusmodi conſtituere libuit, ut binis eam voluminibus definirem. Primum partibus quatuor complectetur Notitiam Scriptorum, Geographicam, Chorographicam & Topographicam, quam poſtremam, urgentibus rerum rationibus, in annum proximum rejicere oportebat. Alterum ſuo tempore partibus totidem exponet Notitiam Naturalem, Publicam, Politicam & Hiſtoricam. Enumeratas adhuc octo partes (modo Diplomatum Poſſeſſores prono ſuo, quo jam ſunt, in me conſtent animo) excipiet Diplomatica, qua non ſolum Principum & aliorum literæ, ad Bohemiæ Regnum ſpectantes & ab aliis jam editæ, ſecundum annorum ſeriem recenſeantur breviter, ſed etiam anecdotæ, aut certe meliore fide autographis ſuis reſpondentes, integræ in lucem conſtituantur.

Ne vero Geographicarum Mapparum ſubſidium, ad hanc evolvendam Notitiam maxime neceſſarium, aliunde accerſere, aut illo etiam carere, opus foret, adjectæ ſunt primo volumini præter tabulam, qua ſigna, in iis adhibita, explicentur, quatuor ſupra decem: hæ non ſolum totius Regni, ſed & ſingularum Provinciarum, & locorum omnium, in iis comprehenſorum; quin & Pragenſis Metropolis conſpectum tum orthographicum, tum ichnographicum exhibebunt. In effingendis ſingulis pari ſtudio & cura ſcalptores ſi incubuiſſent ſinguli, non haberet Lector, quod ſeu de

nitore, ſeu accuratione earundem quereretur: neminem culpo, neminem laudo; nam utrumque res ipſa facunde eloquitur. Hæc de opere.

Nunc, qua opportunitate id enatum ſit, accipe. Sub finem anni quinquageſimi octavi Præſidum meorum, ſi non imperio, certe venia, ad Regium Nobilium Collegium, quod Auguſtorum, Patriæ Parentum, Indulgentia & Liberalitate ſurrexit, Ipſius Auguſtæ gloriatur nomine, & magnificis ſuis in ædibus in fronte libri expreſſum coram ſiſtitur, e patria Viennam translatus fui: tum ut officiis meis Nobiliſſimæ Juventuti, hoc in Athenæo lectæ, adeſſem; tum etiam, ut horis ſubſecivis, & a muneris mei rationibus liberis, excolendæ porro patriæ de Carniolia Hiſtoriæ Garelliana in Bibliotheca, Eorundem Auguſtorum perenni munere collegio huic adſcripta, vacarem. Pedem huc ubi intuliſſem, ſelectiſſimis duobus Adoleſcentibus, Illuſtriſſima Schaffgotſchiana e Gente prognatis, moderatoris nomine præficior: his cum anni præſentis initio ſummus ab Auguſtis Principibus adveniſſet favor, quo venia dabatur, ut Glorioſiſſimis ſub Eorundem Auſpiciis hauſtæ a ſe doctrinæ publicum darent experimentum, liber ideo a me poſtulabatur. Temporis & adjunctarum rerum diſcuſſis rationibus præ ceteris in materiem eligenda videbantur Bohemica, ſed quæ ad eundem modum exigerentur, quo ante Carniolica pertractavi: mentem hanc cum amicis expoſuiſſem, illique hanc non ſolum probarent, ſed quidam etiam documenta addicerent, miſſis Carniolicis, illico Bohemicis manum admovi, ſed non dum ultimam.

Vires & vitam ſi dederint Superi, primum Bohemica, tum Carniolica conſequentur. Tu, Lector Benevole! jam tribus de Bohemia Partibus utere, ſed ita, ut ad typi errores, quos ultima ſiſtet pagina, ante animum tuum advertas: ſi quid vero inter eruditas opes tuas, in ſcriniis aut forulis deliteſcentes, ad proſequenda reliqua, vel etiam ad hæc emendanda repereris, benignus communica, gratam & honorificam tui memoriam, quam & hic Viris Eruditiſſimis, ſua liberaliſſime conferentibus, teſtari adnitar, pro viribus a me recepturus. Vale.

CON-

CONSPECTUS
PRIMI VOLUMINIS.
PARS PRIMA.
DE
NOTITIA SCRIPTORUM REGNI BOHEMIÆ

Cap. Un. de Scriptoribus Regni Bohemiæ.

PARS SECUNDA.
DE
NOTITIA GEOGRAPHICA REGNI BOHEMIÆ.

I. de Nomine, Figura, Limitibus & Amplitudine Bohemiæ.
II. de Mappis Geographicis Bohemiæ, adhuc editis.
Cap. III. de Mappis Geographicis Bohemiæ, huic operi adnexis.
IV. de Priore & Hodierna Bohemiæ Divisione.
V. de Præcipuis Bohemiæ Fluviis.
VI. de Constitutione & Fertilitate Soli Bohemici.

PARS TERTIA
DE
NOTITIA CHOROGRAPHICA REGNI BOHEMIÆ.

I. de Provinciis Bohemiæ generatim.
II. de Regione Egrana.
III. de Provincia Satecensi.
IV. de Provincia Pilsnensi.
V. de Provincia Prachinensi.
VI. de Provincia Beraunensi.
VII. de Provincia Rakonitzensi.
VIII. de Provincia Litomericensi.
Cap. IX. de Provincia Boleslaviensi.
X. de Provincia Kaurzimensi.
XI. de Provincia Bechinensi.
XII. de Provincia Czaslaviensi.
XIII. de Provincia Chrudimensi.
XIV. de Provincia Reginohradecensi.
XV. de Comitatu Glacensi.

PARS


PARS QUARTA.

DE

NOTITIA TOPOGRAPHICA REGNI BOHEMIÆ.

I. de Celebrioribus Bohemiæ Locis generatim.
II. de Praga Metropoli generatim.
III. de Micro-Praga, ſeu Praga Minore.
IV. de Acro-Praga, ſeu Praga Superiore in Hradczin.
V. de Locis inter Micro- & Vetero-Pragam.
VI. de Vetero-Praga, ſeu Praga Vetere.
VII. de Neo-Praga, ſeu Praga Nova.
VIII. de Monte & Arce Wiſſehrad.
IX. de Locis Pragam proxime contingentibus.
X. de Viis Publicis & Re Veredaria ex Metropoli.
Cap. XI. de Celebrioribus Locis Regionis Egranæ.
XII. de Celebrioribus Locis Provinciæ Satecenſis.
XIII. de Celebrioribus Locis Provinciæ Pilsnenſis.
XIV. de Celebrioribus Locis Provinciæ Prachinenſis.
XV. de Celebrioribus Locis Provinciæ Beraunenſis.
XVI. de Celebrioribus Locis Provinciæ Rakonitzenſis.
XVII. de Celebrioribus Locis Provinciæ Litomericenſis.
XVIII. de Celebrioribus locis Provinciæ Boleslavienſis.
XIX. de Celebrioribus Locis Provinciæ Kaurzimenſis.
XX. de Celebrioribus Locis Provinciæ Bechinenſis.
XXI. de Celebrioribus Locis Provinciæ Czaslauienſis
XXII. de Celebrioribus Locis Provinciæ Chrudimenſis.
XXIII. de Celebrioribus Locis Provinciæ Reginohradecenſis.
XXIV. de Celebrioribus Locis Comitatus Glacenſis.
XXV. Siſtitur Syllabus Omnium Bohemiæ Locorum, quæ notantur in Mappis Chorographicis ſingularum Provinciarum.





PARS PRIMA

DE

NOTITIA SCRIPTORUM REGNI BOHEMIÆ.

CAPUT UNICUM

DE

SCRIPTORIBUS RERUM BOHEMICARUM.

Notitiam Illustris Bohemiæ Regni scripturus ab ea parte ordior, quam alii plerique in eodem mecum argumento occupati, aut non in uno, aut ultimo loco exposuerant: diversam hanc ab aliis viam tenendam duxi; quod ordini doctrinæ, mea saltem ex sententia, ita propius accederem. Quis enim, amabo, rei cujuspiam ampliorem & penitiorem notitiam consectaturus, non prius inquirat in fontes, seu Scriptores, materiem illam pertractantes, aut etiam, ni autores, in operis con-

Cur Scriptores primum recenseantur.

contextu adferendos, ante sibi perspectos habeat, eos omnino nosse cupiat? Idem etiam altera mihi suaserat ratio, ut, ubi lectoribus quibusdam, in rebus Bohemicis minus versatis, mea non arriderent, aut plura ab iis desiderarentur, iis ita certe digitum intenderem in alios, e quibus plura, & gratiora sibi, aucuparentur. Omnibus vero gratissimum meum animum ita contestarer in illos, e quorum eruditis laboribus hæc nostra suum & initium, & incrementum acceperunt.

Et quidam ex illis hic prætermittantur.

His impulsus rationum momentis contexui Scriptorum Rerum Bohemicarum syllabum, hic exhibendum, de cujus mole minuenda potius, quam amplianda, non levis me sollicitudo incesserat. Excitarant hanc motus illi gravissimi, & turbæ exitiales, jam sub Mathia Rege, & Imperatore, exortæ, atque sub Ferdinando II. & III. etiam Regibus, & Imperatoribus, non solum productæ, sed prope in omnem Germaniam diffusæ, quarum gratia (verba reddo Doctissimi Christiani Gryphii) *tantus schediasmatum, dissertationum, narrationum, & satyrarum prodiit cumulus, ut vel Antæus, vel Enceladus quidam sub eorum onere* (a) *ingemiscat.* Hæc inter opportune suggessit vir, muniis & eruditione illustris, Antonius de Rosenthal, Augustæ a consiliis, Aulæ Austriacæ intimus Archivarius, & pro suis in me, & opellam hanc meritis nunquam satis celebrandus: opportune, inquam, hic suggessit: Scriptorum horum recensionem ab alio non solum susceptam, sed etiam feliciter terminatam esse. Est is Clarissimus Pater Magnoaldus Ziegelbauer, celeberrimi Ordinis Divi Benedicti in Imperiali Monasterio ad Duplices Aquas Professus, a pluribus jam editis libris celebris, & alter ab Illustrissimo Domino Josepho Barone de Petrasch Olomucensis Litterariæ Societatis (b) Autor, qui justum de rerum Bohemicarum Scriptoribus volumen conscripsit, & etiam, ni prætmatura morte ereptus fuisset, luce publica donasset; quod ita ipsus opere exequi nequiverat, propediem, ut audio, Amplissimus ejusdem Ordinis Rayhradensis in Moravia Præsul præstabit.

Unde hi petendi?

Hac spe fretus mitto hic fere omnes illos Scriptores, qui res Bohemicas aut aliud agendo pertractarunt, aut etiam, occasione concitatorum in Bohemia motuum, complura in lucem procuderunt opuscula, contentus eos duntaxat enumerare, qui ad reliquam Regni Bohemiæ notitiam quidquam faciunt; Lectorem vero, & illorum cupidum, ad laudatum Gryphium, Lundorpium, Coronellium, Bibliothecam Menckenianam, Struvio-Buderianam, & Juris Selectam Struvianam (c) remitto. Ordinem in referendis singulis teneo, quem literarum elementa mihi præstituunt: ex hoc quisque, si & variam materiem spectare velit, alium sibi effinget; aut etiam in classes suas Scriptores, a me nominandos, distribuet. Ubi Autorum quorun-

rundam titulos fusius huc transcripsero, id alia de causa nemo a me factum existimet, quam ut materiem, non raro variam, a quibusdam pertractatam, ita omnem exponerem; quin & ego non nunquam quædam ultro sum additurus, ampliorem in rebus Bohemicis notitiam consectantibus, ut spero, non displicitura: at, ubi ipsa erudita Scriptorum monumenta operam meam subterfugerant, illa ex aliorum fide recitavi. Atque hæc cum præsto, solum de medii, ut vocamus, & nostri ævi scriptoribus jam mihi sermo erit. En eorundem illustres ingenii partus, quibus res Bohemicas illustrarunt:

ABELINI, *Johannis Philippi*, aliorumque continuatorum, Theatrum Europæum, oder ausführliche Beschreibung aller und jeder merkwürdiger Geschichten, so sich hin und wieder in der Welt, fürnemlich aber in Europa und Deutschland, sowohl in Religions-Sachen, als Profan-Weesen vom Jahr Christi 1617. zugetragen. Mit Kupfern. Francofurti ad Mœnum 1662. & seqq. Tom. XXI. fol.

Multa hic, etsi non semper ex probis fontibus, aut fide optima, de turbis Bohemicis, & inde enatis bellis continentur.

ACTA aller Handlungen, so sich zwischen dem Allerdurchleuchtigsten großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Ferdinanden, Röm. Hungar- und Böhmischen König ꝛc. und etlichen Personen aus dem Herrn- Ritter- und Burger-Stand der Kron Böheim des vergangenen 1547ten Jahrs verloffen. 1548. 4to.

ACTA BOHEMICA, das ist, Beschreibung aller Geschichten, welche sich im Königreich Böheim, und dessen incorporirten Ländern von Anfang Monats Martii 1618. bis den 8ten November 1620. zugetragen haben. Vier Theile. 1621 — 1622. 4to.

AELURII, *Georgii*, Glaciographia, daß ist Glatzische Chronica. Lipsiæ 1625. 4to.

Autor horum Chronicorum, ut ex R. P. Johannis Schmidl S. J. Histor. Prov. Bohem. Part. III. Lib. III. pag. 315. didici, est Georgius Katzer, qui Grajum sibi nomen Aelurii, felem connotans, adscivit.

ALTHAN, *Michaelis Franc. Ferdinandi Comitis ab*, Imago Principum Bohemiæ, in nouum decus proposita. Pragæ 1673. 4to.

Liber hic a Julio Solimanno S. J. conscriptus, jam ante sub Autoris nomine lucem tulit, & hic solum recusus fuit. Vide Solimanni Julii Elogia.

ANONYMI de Conversione Bojariorum & Carentanorum ad fidem Christianam Liber.

Emendatius hunc Librum, quem Freherus in Scriptoribus Rerum Bohemicarum a pag. 15. ad 20. exhibuit, ex codice MS. Bibliothecæ Augustæ Vindobonensis repræsentavit Cl. Germaniæ Sacræ Autor, R. P. Marcus Hansiz S. J. Tom. II. Germaniæ Sacræ.

ANONYMI Chronicon Aulæ Regiæ de Johanne, Rege Bohemiæ, & sub eo in Regno, nec non in Germania actis ab anno 1317. ad 1333.

In Frehero pag. 21.–85.

Chronici hujus Autor ab Erudito Pragensi, qui multum queritur, opus hoc, in multis mutilum & mancum, autographo suo non respondere, notatur Petrus, ejusdem Monasterii Aulæ Regiæ Abbas circa annum 1330.

ANONYMI de jure Electoratus in Romano Imperio, Bohemiæ Regibus competente, Rudolphi & Caroli Rom. Regum, & Ruperti Palatini attestationes.

In Frehero pag. 115.–117.

ANONYMI (Nonnullis est Reinerius) de Waldensibus, eorumque doctrina & moribus Liber.

In Frehero pag. 222.–232.

ANONYMI Epistolæ Bohemorum & Moravorum ad Christi Fideles anno 1431.

In Frehero pag. 232.–234.

ANONYMI Epistola Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad Bohemos scripta anno 1451.

In Frehero pag. 234.–237.

ANONYMI Confessio Fidei Fratrum Waldensium, Regi Uladislao ad Hungariam missa: eorundem item oratio & excusatio contra binas literas Doctoris Augustini, datas ad Regem.

In Frehero pag. 238–268.

ANONYMI Chronicon Bohemicum ab Origine Ducum Bohemiæ usque ad annum Chr. M. CCC. XXIX. deductum, & cum aliis Scriptoribus Bohemiæ collatum.

Reperitur hoc in Johannis Burchardi Menckenii Scriptorum Rerum Germanicarum Tomo III. a pag. 1618. ad 1770. Lipsiæ 1730. in fol. & in Joh. Petri de Ludewig Reliquiarum Manuscriptorum Tom. XI. a pag. 128. ad 383. Halæ Salicæ 1737. 8vo. Autor hujus Chronici ex mente Balbini, & etiam aliorum, existimatur esse Przibislaus Pulkava, quod & notæ in fine ita adjectæ L. D. P. de K. firmare videntur.

ANO-

ANONYMI Breve Chronicon Bohemiæ.

Refert hoc Cl. P. Hieronymus Pez Ord. S. Bened. in Script. Rerum Auſtriacarum Tomo II. a pag. 1112. ad 1115. Lipſiæ 1725. excuſo in fol.

ANONYMI Supplementum, ſeu brevis continuatio Chronici Bohemici, olim a Coſma, Pragenſis Eccleſiæ Decano, conſcripti, ab anno 1125, quo Coſmas deſiit, ad annum 1162. producta, quam excipit Appendix de S. Ludmilla.

Invenitur in laudati Menckenii Tomo III. a pag 1799. ad 1808.

ANONYMI Continuatio Chronici Bohemici, olim conſcripti a Coſma, Pragenſis Eccleſiæ Decano, nunc e codice Ms. Pragenſi producta ab Illuſtriſſimo Domino Joachimo Krakowski S. R. I. Comite de Kollowrath. Viennæ 1752. 4to.

Anecdoti hujus Chronici copiam Illuſtriſſimus editor, dum ſub Glorioſiſſimis Auguſtæ auſpiciis in Collegio Regio Thereſiano S. J. *Nobilium jus Civile propugnaret*, accepit a Reverendiſſimo, ſemperque fideli Capitulo Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis, in cujus Bibliotheca ſervatur codex membraneus in foram folii, ex quo continuatio, jam allata, decerpta fuit.

Libet hic aliquam omnium earum rerum, quas Manuſcriptus hic codex complectitur, notitiam attingere, eamque ex adverſariis Perilluſtris Domini Antonii de Roſenthal cum ipſo Illuſtriſſimo editore depromere.

Itaque in Pragenſi hoc codice, quem Eruditiſſimus Roſenthalius, accurate, ut ſolet omnia, perluſtraverat, primum occurrunt variæ Hiſtoriæ ſacræ de Sanctis *Adalberto*, *Ludmilla*, & *Wenceslao*, inter quas præcipua eſt *Chriſtanni*, *Monachi Brzewnovienſis de vita & Paſſione SS. Ludmillæ & Wenceslai fol. 24. facie averſa*; eam, ut alio in loco intelligemus, vulgavit Balbinus, uſus Manuſcripto Trebonenſi, quod ſupplevit ex Pragenſi codice; etſi de illo nullam mentionem faciat.

Poſt hæc pag. 48. initium ſumit Coſmæ, Pragenſis Decani, Chronicon, ſed absque alia epigraphe, quam hac: *Incipit primus Libellus in Chronicam Boëmorum, quam compoſuit Coſmas, Pragenſis Eccleſiæ Decanus. Poſt diluvii effuſionem &c.* Finiuntur tres libri Chronici Coſmæ fol. 104. deſinuntque in annum Chriſti M. C. XXV. ad III. Kalendas Junii, ad quam diem obitus Henrici IV. (aliis V.) Imperatoris, & Sobeslai, Bo-

hemiæ Ducis, Wladislao Patri mortuo ſuccedentis, memoria infertur, uti & apud Freherum, & Menckenium legitur.

Conſequitur eodem codicis fol. 104. hiſtoria de quodam Presbytero, qui libidinis ſtimulos urticis adhibitis repreſſit, quam etiam e Dreſdenſi codice exhibuit Menckenius Tomo III pag. 1799. Poſtea ſequens notula (cujus & Balbinus in Epitome Rerum Bohemicarum Lib. III. cap. IX. pag. 219. meminit) fol. 105. adſcripta comparet. *Noverint omnes Chriſti fideles hujus Chronicæ compoſitorem, ſcilicet Cosmam, Reverendiſſimum Pragenſis Eccleſiæ Decanum, duodecima Kal. Novembr. obiiſſe eodem anno, quo Ducem Sobeslaum conſtat intbronizatum fuiſſe.* Annus M. C. XXV. infra hanc notam alia manu adſcriptus habetur.

Hanc de Coſmæ obitu notulam in Ms. fol. 105. averſa facie excipit narratio brevis rerum quarundam, ad Bohemiæ hiſtoriam non ſpectantium. Mox eodem folio, & facie, inchoatur continuatio Chronici Bohemici, olim conſcripti a Coſma, abs ullo titulo, aut inſcriptione ejusdem manus, his Chronici ipſius verbis: *Anno Dominicæ Incarnationis Mill. C. XX. VI. Sobieslaus dictus venit in Moraviam &c.* Continuatio iſta, quam Illuſtriſſimus editor primus publicis literis exprimi curavit, & a nobis ante relata fuit, finitur cum anno M. CC. LXXX. III. Codicis Ms. folio 148.

Duo ſaltem diverſi Chronicorum horum ſcriptores ſint, oportet, Nam ſub initium ad annum 1130. ſe præſentem rebus, quas memorat, adfuiſſe teſtatur Chroniſtes; & rurſus ſub finem ad annum 1278. ſcriptor ſe interfuiſſe rei geſtæ enarrat: quod intervallum temporis uni, eidemque adſcribi nequit. Ambos fuiſſe Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicos Pragenſes exiſtimavit Thomas Peſſina a Czechorod, alio in loco pluribus a nobis commemorandus: at Bohuslaus Balbinus, qui eodem etiam codice uſus fuit, prioris partis auctorem cenſuit fuiſſe, Aſceterii Strahovienſis Ordinis Præmonſtratenſis Profeſſum, Jaroslaum nomine, quod parte quadam ex ipſo Chronico ad annum 1143. firmari poteſt, niſi ad utramque ſententiam ſuſtinendam dicatur, ſcriptorem Chronici e Canonico Pragenſi, perfectioris vitæ deſiderio incenſum, Præmonſtratenſem induiſſe.

Ut ut hæc ſe habeant, Continuatio hæc Chronici ad Hiſtoriam Bohemiæ ſæculi duodecimi & decimi tertii ſumme eſt utilis; ipſi etiam Peſſina & Balbinus, ubi hæc tempora contingunt, eadem liberaliſſime ſua illuſtrarunt. Ea, quæ porro hoc in codice continentur, alio

in loco de continuatione Chronici altera acturi, iisdem ex documentis adferemus.

ANONYMI Ratio Disciplinæ Ecclesiasticæ in unitate Fratrum Bohemorum, An. 1643. 8vo.

Coronelli. v. Bohemia.

ANONYMI Bohemicæ Ecclesiæ Synopsis Historica, seu Persecutio Ecclesiæ Bohemicæ ab anno 894. ad 1632. Lugd. Batav. 1647. 12mo.

Coronelli V. Bohemia.

ANONYMI Commentaria de rebus, pace & bello gestis a Mathia, & Ferdinando Imperatoribus, in quibus Belli Bohemo-Germanici causæ, initia, progressus &c. continentur. Francofurti 1629. Fol.

Coronelli V. Bohemia.

ANONYMI Quando, & quomodo Bohemi vocati sunt ad Synodum Basileensem, & quid illic egerint? ex verbosissimis commentariis compendio relatum. Coloniæ 1535.

Coronelli V. Bohemia.

ANONYMI Petitiones Bohemorum in Concilio Basileensi. Coloniæ 1535.

Coronelli V. Bohemia.

ANONYMI Fasciculus Rerum expetendarum ac fugiendarum ex editione Orthuini Gratii. Coloniæ 1535. Fol.

Liber hic complura, quæ ad notitiam Hæreseon in Bohemia spectant, complectitur.

ANONYMI Narratio translati e Saxonia in Boëmiam Sacri Corporis Beatissimi Viri Norberti, Parthenopolitani olim Archiepiscopi, &c. Pragæ 1627. 4to.

ANONYMI Vita, Mors & Translatio S. Norberti Magdeburgensis Archiepiscopi, recusa. Pragæ 1671. 4to.

ANONYMI Praga Caput Regni, studiis asperrima belli (agit de obsidione Pragensi anno 1648. suscepta) Pragæ 1649. 4to.

ANONYMI Böhmische Stadt-Rechte in Prag und anderen Städten. Lipsiæ 1614. Fol.

Coronelli V. Praga.

ANONYMI Vollständige deutsche Stadt-Rechte im Königreich Böhmen und Marggrafthum Mähren. Viennæ 1721. 4to.

ANONYMI (est Fridericus Bridelius S. J.) Vita B. Ivani, primi in Bohemia Eremitæ, scripta Bohemice. Pragæ 1657. 12mo.

Idem hic Autor lingua patria recensuit Miracula ad fontem S. Wenceslai, & vitam S. Procopii.

ANONYMI (est P. Georgius Weis S. J.) Gloria Universitatis Carolo-Ferdinandeæ Pragensis. Pragæ 1672. 4to maj.

Complectitur tria & triginta Cl. Virorum Elogia, Leopoldo Augusto Cæsari inscripta.

ANONYMI Domus Pietatis & literarum, lapide fundamentali, ac septem columnis illustris, quibus innixa jam sæculum stetit, sive Seminarium S. Wenceslai juventutis studiosæ sub cura Societatis JEsu Pragæ &c. Pragæ 1680. Fol.

ANONYMI (est P. Carolus Granelli S. J.) Germania Austriaca, seu Topographia omnium Germaniæ Provinciarum, Augustissimæ Domui Austriacæ jure hæreditario subjectarum. Viennæ Austriæ 1701. Fol.

Autor Parte altera a pag. 1. ad 48. exhibet Topographiam Bohemiæ, qua parte IV. hujus Notitiæ frequenter usi sumus.

ANONYMI Eigentlicher Entwurf und Vorbildung der Welt-berühmten Prager-Brucken, sammt den Statuen. Pragæ 1723. 8vo.

ANONYMI Epitome brevissima Universæ Historiæ Waldsteinææ. Pragæ 1717. 8vo.

ANONYMI Krönungs-Ceremoniel Caroli VI. zum König in Böhmen. Lipsiæ 1723. 4to.

Bibl. Menck. pag. 383.

ANONYMI Historia de Vita, Martyrio & Miraculis S. Johannis Nepomuceni, Canonici Pragensis. Pragæ 1729. 4to.

ANONYMI Kurze, doch gründliche Vorstellung des rothen Böhmischen Melnicker-Weins, als ein bewährtes Mittel wider die Podagra. 8vo.

Staats- und Reise-Geographie. Lib. I. pag. 231.

ANONYMI Neue Europäische Staats- und Reise-Geographie, worinnen kürzlich alles was zur Geographischen, Physikalischen, Politischen, Historischen und Topographischen Kenntniß eines jeden Staats gehöret, nach und nach vorgestellet, und mit nöthigen Land-Karten, auch andern zur Historie dienlichen Kupfern versehen. Erstes Buch von dem Königreich Böhmen. Lipsiæ & Görlicii 1750. 8vo.

Sunt & alii celebres nostræ ætatis Geographiæ Scriptores, ut Johannes Hübner in der vollständigen Geographie Part. III. pag. 6. Christophorus Benjaminus Häckhel in der allgemeinen und neuesten Welt-Beschreibung. Part. I. pag. 2251. Johannes Georgius Hager in der ausführlichen Geogra-

graphie Part. II. pag. 1069. Johannes Jacobus Schatzen in Atlante Homanniano Illustrato Part. I. pag. 136. aliique, qui Bohemiæ Regnum in suis Descriptionibus Geographicis etiam depinxerunt: omnium tamen horum studium & industriam accuratione sua nuper multum superavit Cl. Antonius Fridericus Büsching Part. III. pag. 100. seqq.& der neuen Erdbeschreibung.

ANONYME Histoire de la derniere guerre de Boheme depuis 1741—1745. 8vo.

ANONYMI Acten-mäßiger Unterricht die Chur-Böhmische Wahl-Stimme, und deren Ausübung betreffend. Anno 1741. fol.

ANONYMI Informatio ex Actis Electorale Bohemicum suffragium, ejusque exercitium concernentibus. Anno 1741. Fol.

Est idem cum priore liber, hic solum in latium sermonem translatus.

ANONYMI der Bergwerke Ursprung und Ordnungen in Böheim, Sachsen, Oesterreich, Fürstenthum Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Lipsiæ 1616. fol.

ANONYMI Geschichte und Thaten der Allerdurchlauchtigsten und Großmächtigsten Fürstin und Frau MARIA THERESIA, jetzt regierenden Königin zu Hungarn und Böheim, pragmatisch beschrieben. Partes IV. 1743—1745. 8vo.

ANONYMI (C.F.v. d.H.) das durch innerliche Kriege bedrangte Deutschland, von deren ersten Ursprung hergeleitet, und Historisch beschrieben, auch mit dazu gehörigen Landkarten und Plans erläutert. Augustæ Vindelicorum 1759. 4to.

ANONYMI (J. F. S.) Geschichte des im 1756. und 1757. Jahre in Deutschland und dessen angränzenden Ländern geführten Krieges, in welcher nicht nur allein alle merkwürdige Kriegs-Begebenheiten mit unparteiischer Feder beschrieben, und durch beygefügte richtige Abriße aller Belagerungen, Schlachten ꝛc. erläutert, sondern auch von den vornehmsten Generals, und anderen in diesem Kriege bekannt gewordenen Personen, die Lebens- und andere merkwürdige Umstände angeführet werden. Francofurti & Lipsiæ 1759. 4to.

Terni hi scriptores, qui cæptam telam persequuntur, notitiam sufficient temporum, quæ vivimus. Iisdem adjungi poterunt (puta parte, qua res Bohemicas complectuntur) Haymanni Johannis Kriegs- und Friedens-Archiv von 1741. bis 1744. Tom. V. Item ejusdem Neu eröfnetes Kriegs- und Friedens-Archiv, fortgesetzet

von Joh. Heinrich Spindler vou 1744. bis 1748. Tom. VII. Anonymi Beyträge zur neuen Staats und Kriegs-Geschichte von 1756. bis 1759.

ARSENII, *Caspari*, de Radbuza, Prag. Eccl. Metropol. Decani, Historia B. V. Boleslaviensis. Pragæ 1629.

Ejusdem Oratio in reconciliatione solenni Almæ Metropolitanæ Ecclesiæ, a Calvinianis profanatæ, & in consecratione Summi Altaris S. Viti, habita 28. Februarii 1621.

BALBINI Bohuslai, S. J. Diva Wartensis, seu Origines, & Miracula Magnæ DEI, Hominumque Matris Mariæ, quæ a tot retro sæculis Wartæ in limitibus Silesiæ, Comitatusqne Glacensis, magna populorum frequentia colitur. Pragæ 1655. 4to.

Idem hic liber Germanice prodiit Pragæ 1657. 4to.

Ejusdem Vita Venerabilis Arnesti, vulgo Ernesti, Primi Archiepiscopi Pragensis, cum notis, in quibus totius Bohemiæ Historia illustratur, cum iconibus. Pragæ 1664. 4to.

Ejusdem Syntagma Historicum, quo Illustrissimæ & Pervetustæ stirpis Comitum de Guttenstein Origines & Memoriæ con tinentur, una cum vita B. Hroznatæ, Martyris Ord. Præmonstratensis. Pragæ 1665. Fol.

Ejusdem Diva Montis Sancti, seu Origines & Miracula Magnæ DEI, hominumque Matris Mariæ, quæ in Sancto Monte Regni Bohemiæ ad argenti fodinas Przibramenses colitur, cum duobus Auctariis, quorum primum memorabila viciniæ ad Sanctum Montem, alterum cognitionem Malovecianæ Familiæ exhibet. Pragæ 1665. 4to.

Idem hic liber, missis nonnullis, in linguam Germanicam translatus fuit, hac inscripta epigraphe: **Heiliger Berg, oder ausführliche Beschreibung der wunderthätigen Bildnuß Unser Lieben Frauen ob dem Heiligen Berg, gezogen aus dem Lateinischen Ursprungs und Geschicht-Buch** *P. Balbini*. Pragæ 1668. 8vo.

In eodem argumento, velut Prodromus, in lucem est editus liber, inscriptus: *Aurora Primæ Diei in Sæculo Mariano, inchoato per PP. Societatis Jesu, Anno 1647. in S. Monte stabilitos, seu succincta Notitia eorum, quæ ante hunc annum & sæculum cum Thaumaturga Icone Beatissimæ Virginis Mariæ acta sunt, Historiæ sæculari præmissa.* Pragæ. 4to.

Amici Pragensis, alias jam celebrati, benevolentia intellexi, promissam hic Historiam Sæcularem, ante biennium a R. P. Ignatio Popp

S. J.

S. J. esse vulgatam, de qua cum plura non acceperim, brevem duntaxat illius notitiam hisce Lectori cupido dedi.

Ejusdem Epitome Historica Rerum Bohemicarum, quam ob venerationem Christianæ Antiquitatis, & primæ in Bohemia Collegialis Ecclesiæ honorem, Boleslaviensem Historiam placuit appellare. In ea pleraque in Historicis Bohemicis incerta, controversa, obscura; multa item ab aliis prætermissa, summa fide, diligentia, claritate & brevitate quinque libris explicantur. Adjecti sunt libri duo (VI. & VII.) de antiquissimo Boleslaviensis Ecclesiæ Collegio, deque origine & Miraculis Magnæ Dei Matris, quæ ibidem in Basilica sua summa Populi veneratione colitur. Pragæ 1677. fol.

Ejusdem Miscellanea Historica Regni Bohemiæ, quibus natura Bohemicæ telluris, prima gentis initia, districtuum singulorum descriptio, fundamenta, Regni, Ducum & Regum Imperia, Leges fundamentales, Constitutiones, Comitia, judicia, bella, paces, fœdera, feuda, privilegia, monetæ ratio, Magistratuum Regni successiones, publica & quædam hæreditaria munia; origines omnium Collegiatarum Ecclesiarum & Cœnobiorum, Virorum piorum & Sanctorum exempla, doctorum lucubrationes & nomina; Hæreseos ortus, progressus & interitus; origines item utriusque Nobilitatis, tum edita a Nobilitate illustria toga, sagoque facinora; Civitatum fundationes, forma & status; item historia brevis temporum cum Chronologico examine, aliaque ad notitiam veteris Bohemiæ spectantia indicantur, & summa de explicantur.

Dividuntur hæc Miscellanea in binas Decades, & hæ in libros, quibus copiosi ubique subjiciuntur indices. Extant vero

Decadis Primæ

Liber Primus, qui Historiam Naturalem complectitur, seu de longitudine, Latitudine, Altitudine, Amplitudine & Figura Bohemiæ agiti tum de salubritate aëris, silvis, montibus, antris, variis officinis, fluviis, thermis, fontibus medicatis, ac de triplicis Regni Naturæ opibus. Pragæ 1679. fol.

Liber secundus, Regni Bohemiæ Popularis, qui de Bohemiæ Populo, veteribus ac novis incolis, disputat, cui in fine subjicitur: Tractatio de Origine Czechorum a P. Andrea Stredonio conscripta, cum mantissa ad Historiam Naturalem Bohemiæ. Pragæ 1680. fol.

Liber tertius, Regni Bohemiæ Topographicus & Chorographicus, qui fines & terminos totius Bohemiæ, pontes, Basilicas & templa celebriora, palatia, cœnobia, ædificationes sumptuosas, verbo: quid-

quid memorabile Bohemicæ Telluri inhæret, arte & labore hominum perfectum. Deinde subterraneas moles, & per has spectra thesauros, vaticinia, præstigia adnotat. Enumerantur denique Bohemiæ prælia, refelluntur Goldasti calumniæ, & horum loco testimonia Magnorum Virorum pro Bohemia recitantur, & additamenta ad Historiam Naturalem subjiciuntur. Pragæ 1681. fol.

Liber Quartus, Hagiographicus, seu Bohemia Sancta, continens Sanctos & Sanctas Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ, Lusatiæ; tam eos, qui publicis fastis, aut ipso immemorabilis temporis decursu, in censum Divorum venerunt, quam eos, qui licet hoc titulo careant, aut morte ob Christi fidem fortiter tolerata, aut innocentia vitæ in antiquitate claruerunt, aut a Scriptoribus idoneis virtutum & Sanctimoniæ merito commendantur. Adjecta in fine coronide eorum, qui his in regionibus e Societate Jesu ultro sese obsequio peste infectorum devoverunt. Pragæ 1682. fol.

Liber Quintus, Parochialis & Sacerdotalis, in duas divisus partes, quarum prior Parochias omnes veteris Bohemiæ per decem Archidiaconatus recitat: Altera Sacerdotia, seu Capellanias, earumque fundationes, ex authenticis XIII. voluminibus Erectionum adducit, & una declarat, nullam prope in Bohemia esse, aut fuisse, vetustæ stirpis tam Dominorum, quam Equitum Prosapiam, quæ divinæ Majestati perpetuum Missæ Sacrificium non fundarit. Pragæ 1683. fol.

Liber Sextus, Archiepiscopalis, in duas partes distributus, quarum Prior literas publicas Summorum Pontificum, Cæsarum, Regum ac Principum ad Archiepiscopum Pragensem, vel ad Diœcesim spectantes recitat; posterior: titulos eorundem Præsulum hæreditarios, tum Prærogativas & Privilegia &c. adducit; deinde successionem singulorum, præcipuas res gestas, ac sede, per centum & amplius annos vacante, administratores enumerat, denique humationes & sepulturas Præsulum consignat. Pragæ 1684. fol.

Liber Septimus, Regalis, seu de Ducibus ac Regibus Bohemiæ, in quo gesta Regum præcipua, tum Genealogiæ omnium Familiarum apud Bohemos imperitantium, diligenti semper ad Chronologiam respectu proponuntur. Pragæ 1684. fol.

Idem hic liber cum accessionibus quibusdam ad nostra tempora, iterum Pragensibus typis lucem subiit 1735. fol.

Liber Octavus, Epistolaris. Volumen primum, continens literas publi-

cas

cas de Bohemia selectiores, & authenticas Summorum Pontificum Imperatorum, Regum, Electorum S. R. I. ac aliorum Principum & Antistitum &c. Pragæ 1688. fol.

Decadis Secundæ

Liber Primus, Prooemialis ad stemmatographiam Bohemiæ, in quo scilicet generatim de probitate, authoritate & dignitate Nobilitatis Bohemicæ pertractatur. Pragæ 1687. fol.

Liber Secundus, Tabularium Bohemo-Genealogicum, id est Genealogicæ Tabulæ Bohemiæ, quibus nobilium & illustrium Familiarum in Regno Bohemiæ Majores Genealogice delineantur. Pragæ 1687. fol.

Ex adhuc recensitis Miscellaneorum Libris elucet, quantus in iisdem conscribendis Balbini, præ omnibus aliis Scriptoribus de Patria sua optime meriti, labor fuerit: meditantem plura, ut fronti, operi huic præfixæ, responderet, mors, in 29. Novembris anni 1688. Pragæ in Collegio Clementino incidens, inhibuit. Quo minus a Sociis opera posthuma in lucem emitterentur, rapax, aut certe avara, manus præpedivit: nuper admodum Liber Nonus & Decimus Decadis Primæ e latebris eluctatus est, & ad Socios rediit, propediem, ut audio, typis publicis committendus. Utinam & cæteris, thesauri instar delitescentibus, eadem sors obveniret, aut, si possessores, minus æqui, etiam his privari nolint, eos saltem describendos extradant, ut ita illi, quibus in hos amplius est juris, eos publicos facerent, & una Balbini laudes posthumas amplificarent!

BEATI, *Georgii*, Descriptio, Bohemiæ. Lipsiæ 1614. 4to.

Ab eodem hoc autore, intellexi, etiam scriptam esse idiomate Germanico Historiam Bohemiæ, anno 1604. editam; hanc cum videre non licuerit, alterius notitia adverto: in ea alia non contineri, ac quæ Hagecius & Silvius ante protulerant.

BEAUSOBRE, *Isaac de*, Supplèment à l' Histoire de la Guerre des Hussites. Lausannæ 1745. 4to.

Hic persequitur Historiam, ab Infantio cœptam, & suo loco a nobis recensendam.

BECK, *Christiani Augusti*, Specimen II. Juris Publici Austriaci, ex ipsis legibus, actisque publicis eruti. Viennæ Austriæ 1752. 4to.

Sectione altera, seu a pagina 135. ad 278. jus Publicum de Bohemiæ Regno, quemadmodum in prima de Hungariæ Regno, pertractat.

BECKLER, *Petri*, Chronicon Bohemiæ, das ist, Historische und Genealogische Beschreibnng der uralten Geschlechter im Königreich Böhmen sammt anderen ergangenen Denkwürdigkeiten, insonderheit vou dem mächtigen Haus Hovora. Zwey Theile, Francofurti 1694. — 1695. fol.

Præter Hovoreorum Genesim author illustrat Genealogias Dominorum de Lippa, Ronova, Liechtenburgo & Berkarum, seu Berkowitz, ab iisdem Hovoreis descendentium.

BECZKOWSKY, *Johannis*, Ord. Crucig. cum rubea stella, Chronica Bohemiæ, lingua patria scripta. Pragæ. 1700. fol.

Multum hæc a peritis idiomatis Bohemici laudantur.

BELLI, *Nicolai*, Historische Beschreibuug aller denkwürdigen Sachen unter der Regierung der Kaiser Mathiæ und Ferdinandi II. von 1617. bis 1625. Francofurti 1625. fol.

Ejusdem Oesterreichischer Lorbeer-Krantz. Lib. XII. von 1617. bis 1627. Francofurti 1627. fol.

Extat & in latino sermone.

Ejusdem Kaiserlicher Triumph-Wagen und Victoria von 1617. bis 1631. Francofurti 1632. 4to.

Ejusdem Kriegs und Friedens-Handlung Ferdinandi II. & III. von 1629. bis 1640. Francofurti 1640. fol.

Bibl. Struvio-Buderiana pag. 957.

Quid hi Libri ad Bohemiæ notitiam præstent, frons libri & adject anni edocebunt: ultimo complura adjiciuntur Acta Publica.

BERGER, *Frid. Ludovici*, Succincta commentatio de jure consecrandi atque coronandi Regem & Reginam Bohemiæ, ad Archiepiscopum spectante: itemque de inaugurationis Boëmicæ indole atque effectu mit einer wahrhaften Relation wegen der den 14. Sept. 1656. beschehenen Königl. Leopoldinischen Crönung zu Prag. Lipsiæ 1723. 4to.

BERGER, *Johannis Godefridi*, Bericht vom Karls-Bade. Wittembergæ 1709. 8vo.

BERGHAUER, *Joh. Thomæ Adalberti*, Apologia, oder Schutz-Schrift für den Heiligen Johannem Nepomucenum, wider die Lästerungen des Lutherischen Superintendenten zu Dresden, Valentin Löscher 2c. Dilingæ 1730. fol.

Ejusdem Protomartyr Pœnitentiæ, ejusque Sigilli custos, semper fidelis, Divus Johannes Nepomucenus, S. Metrop. Ecclesiæ Pragensis ad S. Vitum in Regno Bohemiæ Canonicus &c. Augustæ Vindelicorum & Græcii 1736. fol.

BILEJOVII, *Bohuslai*, Sacerdotis, Hussitarum sectæ addicti, de mutatione Religionis in Bohemia Libri III. Norimbergæ 1536.

Balbinus huic negat locum inter Historicos Bohemiæ.

BISSELII, *Johannis*, S. J. Leo Galeatus, sive Maximiliani Ducis Bavariæ Expeditio Magna & Victoria Pragensis anno 1677. 8vo.

BLUMBERG *E. G.* Getreuer Rath zum nutzlichen Gebrauch des Karls-Bad. Chemnitii 1711. 8vo.

BOIS, *Aug. de*, Tractatus von Sauerbrunnen, sonderlich dem Egerischen. Bareuth 1620. 12mo.

Coronelli V. Egra.

BOLELUCZKY, *Mathiæ Benedicti*, Rosa Boëmica, sive Vita S. Woytiechi, agnomine Adalberti, Pragensis Episcopi & Martyris, illustrata iconibus, a Cel. pictore Carolo Screta delineatis. Pragæ 1668. 8vo.

BOREGK, *Martini*, Böhmische Chronica. Wittebergæ 1587. fol.

Videtur hic autor Dubravium ex Latino transtulisse.

BUQUOII, *Constantini*, Quadrimestre Iter, seu Progressus Belli Bohemici, quo Austria conservata, Bohemia subjugata, Moravia acquisita, Silesia solicitata, Hungaria terrefacta. Viennæ & Coloniæ 1621. 8vo.

BURGHART, *Gottfried. Henrici*, Historisch-Phisicalisch-und Medicinische Abhandlung von den warmen Bädern bey Land-Ecke, in der Grafschaft Glatz gelegen, 1744.

Büsching in Præfat. ad Part. IV. der neuen Erd-Beschreibung.

BUTTNER, *Francisci*, Pseudo-Norbertus, ex Narratione Pragensi translati e Saxonia in Bojœmiam Corporis Norberti Archiepisc. Magdeb. detectus, & sub præsidio B. C. Richurdi publice excussus. Jenæ 1709. 4to.

Refutationem hujus vide sub lit. V.

CAMERARII, *Joachimi*, Historica Narratio de Fratrum Orthodoxorum Ecclesiis in Bohemia. Heidelbergæ & Lipsiæ 1605. Francofurti 1625. 8vo.

Coronelli V. Bohemia.

CAMPANI, *Johannis*, Czechias, seu Sciagraphia Ducum & Regum Bohemiæ, cum iconibus & notis Tobiæ Hauschkonii. Görlicii 1652. 8vo.

CANDIDI, *Pantaleonis*, Bohemias, sive de Ducibus Bohemiæ Libri tres, & de Regibus Libri quinque. Argentorati 1590. 4to.

Coronelli V. Bohemia.

CARAFA, *Caroli*, Aversani Episcopi, Commentaria de Germania Sacra Restaurata sub Summis Pontificibus Gregorio XV. & Urbano VIII. regnan-

te Aug. & piissimo Imp. Ferdinando. Colonia 1639. 8vo. Francofurti aucta 1641. 12mo. & Viennæ Partes II. 1748. 8vo.

Qui librum hunc noverit, facile advertet, eum hic ob motus Bohemicos recenseri.

CAROLI, Bohemiæ Regis, postea Imperatoris IV. Commentarius de vita sua.

In Frehero pag. 87. — 107.

CARPZOVII, *Johannis Gottlob*, Religions-Untersuchung der Böhmisch- und Mährischen Brüder von Anbeginn ihrer Gemeinde bis auf gegenwärtige Zeiten. Lipsiæ 1742. 8vo.

Huic adjunctum est Hederici opus, suo loco recitandum.

CHANOWSKY, *Alberti*, S. J. Vestigium Bohemiæ Piæ, seu res quædam memoratu dignæ, quæ in Bohemia, vel ab hominibus sunt pie erga DEUM gestæ, vel a DEO hominibus singulari favore, aut etiam in pœnam acciderunt. Cum notis Johannis Tanneri ejusdem Societatis. Pragæ 1659. 12mo.

Librum hunc post fata Venerabilis Autoris illustavit Tannerus, &, vitam ejusdem adjiciendo, prelo commisit.

CHRISTANNI *de Scala*, Sanctæ Ludmillæ & Sancti Wenceslai Passio, qua religionis Christianæ principia, & quidquid eo tempore Boleslaviæ gestum est, enarratur, Commentariis illustrata a Bohuslao Balbino S. J.

Reperitur in ejusdem Balbini Epit. Rer. Boh. a pag. 40. ad 90. Autor hujus erat filius Boleslai Sævi, Boëmiæ Ducis, in cujus lustrico Convivio S. Wenceslaum, fratrem suum, occiderat: at dein pœnitentia ductus, hunc filium suum DEO in Cœnobio Ord. S. Benedicti consecravit, ubi is Patrui & Abaviæ vitam descripsit, quam Balbinus, ut alio in loco jam memini, e pervetusto membraneo Codice Monasterii Canonicorum Regularium S. Augustini Trebonæ, in subsidium assumpto codice Pragensi, omnium primus publicam fecit.

CHYTRÆI, *Davidis*, Oratio de Statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Boëmia &c. Francofurti 1583. 8vo.

COCHLÆI, *Johannis*, Decani Vratislaviensis, Historia Hussitarum. Moguntiæ 1549. fol.

COLERI, *Joh. Christoph.* Commentatio Historica, de Bohuslai Hassensteinii L. B. Lobcovicii Vita, & summis in rem literariam meritis. Wittenbergæ 1721. 4to.

COMENII, *Jo. Amos*, Historia Persecutionum Ecclesiæ Bohemicæ. Leidæ 1648. 12mo.

Ejusdem

Ejusdem Hiſtoria Fratrum Bohemorum, eorum Ordo, & Diſciplina cum Præfat. Ioh. Franc. Buddei. Halæ 1702. 4to.

Idem hic liber, in Germanicum translatus, Swabaci 1739. 8vo.

CONCILIUM, ſo zu Conſtanz gehalten iſt worden des Jars, do man zalt von der Geburt unſers Erlöſers M. CCCC. XV. Jar 2c. Auguſtæ 1536. fol.

CONSTANTII, *Georgii*, S. J. Succurre Miſeris, ſive Hiſtoria S. Montis in Bohemia cum methodo pie peregrinandi ad B. V. Sacromontanam. Pragæ 1652. 12mo.

COSMÆ, Pragenſis Eccleſiæ Decani, Chronica Bohemorum, in qua gentis Origo & Priſci Duces uſque ad Wratislaum, primum Regem.

In Frehero pag. 1—14.

Ejusdem, Chronicæ Bohemorum Libri III. in quibus gentis origo, & priſci Duces uſque ad Wratislaum, primum Regem, creatum ſub Henrico III. Imp. & an. Chr. M. C. XXVI. integre editi a Marquardo Frehero: item S. Adalberti, Epiſcopi Pragenſis, Vita, & Martyrium ab eodem Coſma deſcripta. *Præfixa Ducum, Regumque Bohemiæ elogia*, verſibus decantata a Martino Cutheno & Caſpare Cropacio, Poëtis Bohemis, cum indice rerum locupletiſſimo. Hanoviæ 1607. fol.

In Frehero Tomo II.

Ejusdem, Chronicæ Bohemorum Libri III. ad exemplar Freherianum recogniti, & notis illuſtrati a Doctiſſimo Chriſtiano Gottlieb Schwartzio.

Reperiuntur in Joh. Burch. Menckenii Script. Rer. Germ. Tom. I. a pag. 1955 ad 2132. Lipſiæ 1724. fol.

Ejusdem Chronicæ Bohemorum Libri III. ſupra (puta in opere præcedente) editi, nunc cum membrana, autori fere coæva, collati, plurimis locis aucti, & inſigniter emendati.

Habentur in Joh. Burch. Menckenii Script. Rer. Germ. T. III. a pag. 1771 ad 1799. Lipſiæ 1730. fol.

CRAMERI, *Adalberti*, Extract aus den Böhmiſchen Stadt= und Land=Rechten. Lipſiæ 1671. 8vo.

CORONELLI V. Bohemia.

CRINITI, *Davidis*, Diſticha, certis literarum notis annos a Chriſto nato exprimentia, quibus omnium Regum Bohemorum inaugurationes, obitus &c. contigerunt, adjunctis eorundem iconibns. Pragæ 4to.

CROPACII, *Caſparis*, Duces & Reges Bohemiæ cum variis aliis Poëmatibus. Norimbergæ 1580. & 1582.

Coronelli v. Bohemia.

CRUGERII, *Georgii*, S. J. Sacri Pulveres Inclyti Regni Bohemiæ, & Nobilium ejus Pertinentiarum Moraviæ & Silesiæ. Id est, Sacræ Memoriæ, sive Sanctorum Indigetum, sive aliorum hominum virtute clarorum, scilicet quo die mortui sunt: sive Erectionum Sacrarum, Fundationum, & quidquid ad sacra pertrahi potest. Litomisslii & Pragæ 1667. — 1676. Tom. X. 4to.

Sacras has memorias Autor per menses, eorumque dies distribuit: ex his decem tulerunt lucem; undecimus, seu November, jam sub prelo sudat, quem & duodecimus, seu December, consequetur. Hæc ab amico Pragensi.

CUTHENI, *Martini*, Catalogus Ducum, Regumque Bohemiæ, in quo gesta singulorum singulis distichis continentur. 1540. 4to.

Hic omnium primus, etsi rudi labore, icones Ducum & Regum Bohemiæ exhibuit, a quo ceteri per vices suas transsumpserunt.

CZERWENKA de WIEZNOW, *Wenceslai Adalberti*, Decani Giczinensis, Splendor & gloria Domus Waldsteinianæ, &c. Pragæ 1673. 4to.

Ejusdem Notitia Collegii convictorum S. J. Pragæ ad S. Bartholomæum, continens ejusdem ortum, progressum, Fundatores, virosque pietate, literis & dignitatibus, qua sacris, qua profanis, illustres. Pragæ 1674. 8vo.

DUBRAVA, *Roderici a*, Vlastæ Bohemicæ Historia. Pragæ 1574. 8vo.

Idem hic scriptor edidit etiam Bohemiæ jura & constitutiones: item Encomium Eruditissimi Bohuslai de Lobkovitz anno 1570. & Amazonum Bohemicarum bella, carmine descripta, ni hæc sint ipsa Historia, ante a nobis indicata.

DUBRAVII, *Johannis*, Olomucensis Episcopi, Historia Bohemica ab origine Gentis per diversas temporum & Familiarum vices usque ad Ferdinandum I. Imp. deducta Libris XXXIII. Basileæ 1575. fol. a Thoma Jordano novis Genealogiarum, Episcoporum, Regum, Ducum Catalogis; quin etiam adnotationibus cum copioso rerum indice adornata. Hanoviæ 1602. fol.

In Frehero.

ENS, *Caspari*, Fama Austriaca, das ist, eigentliche Verzeichnuß denkwürdiger Geschichte, welche sich in den nächst verflossenen 16. Jahren bis auf das Jahr 1627. begeben haben. Darinn sonderlich die Böhmische Unruhe und Ausgang derselben 2c. erzehlet werden. Coloniæ 1627. fol.

FABRICII, *Christoph. Gabrielis*, Entlarvtes Herrnhuth, oder gründlicher Beweis, daß besagt (Böhmisch- und Mährische) Brüder-Gemeinde eine Uebereinstimmung mit der unveränderten Augspurgischen Confession sich fälschlich einbilde. Wittenberg und Zerbst 1745. 4to.

Feri

FERI, *Georgii*, S. J. Vitæ SS. Wenceslai, Adalberti, Ludmillæ, Johannis Nepomuceni, B. Agnetis, filiæ Regis Bohemiæ, B. Amabiliæ, scriptæ Bohemice. Pragæ. 4to.

FRANCISCI, Pragensis Ecclesiæ Decani, Continuatio altera Chronici Bohemici, olim conscripti a Cosma, ejusdem Pragensis Ecclesiæ Decano, e codice Ms. Pragensi producta. Pragæ 1754. fol.

Solvo ante datam fidem, & porro Codicis illius Pragensis, cujus in recensione Continuationis Primæ superius memini, scriptores reliquos persequor. Desieramus tum in laudati codicis fol. 148. quod & finem Continuationis Primæ ad Chronicon Cosmæ continebat. Folio eodem, ut ex laudatis Perillustris Domini Antonii de Rosenthal adversariis erudior, consequitur brevis catalogus Episcoporum Pragensium usque ad Arnestum, omnium primum Archiepiscopum.

Fol. 150. exhibetur breve Chronicon, res præcipuas Bohemiæ ac seriem Ducum & Regum, quorundam etiam, ut & Reginarum, dies nativitatis ac obitus ab anno *post Christum* natum 80 usque ad 1330 complectens, atque Parti Secundæ Chronici Pragensis præmissum; quod ideo Pessina in notis ad marginem *Prolegomena Partis Secundæ Chronici Pragensis* nominat.

Fol. 151. initium suum sumit continuatio altera, paulo ante a nobis recitata, & in lucem producta, ubi Dominus Johannes Aug. Kneysl positiones Juris Pragæ propugnasset, & eam velut appendicem ad *Dissertationem de Retractu Conventionali, Legali & Gentilitio* adjecisset. Hæc verbis autoris ita orditur: *Incipit Prologus Secundi Tractatus Cronicæ Pragensis; deinde capitula ejus.*

Autorem operis Pessina ad marginem notat *Franciscum Canonicum Pragensem*, qui etiam ex ipso opere eruitur; nam Libro III. hujus Tractatus cap. 2. fol. 182. fac. adv. (ad quem locum & Pessina provocat) dicitur: *Commisit autem* (Episcopus Pragensis Johannes IV.) *ibidem* (in Ecclesia S. Viti) *officium prædicationis suo Capellano & Pænitentiario Francisco, quondam Rectori Scholæ in Wissegrado, qui ob reverentiam & mandatum ipsius scripsit hanc secundam partem Cronicæ Pragensis.*

Hæc pars secunda, seu Tractatus Secundus, ut ipsus autor compellat, constat libris tribus, quorum primus triginta & unum, alter quatuor supra viginti, tertius septem capita continet. Inchoatur a gestis Wenceslai monoculi, Bohemiæ Regis, & terminatur anno Christi 1342.

Etsi vero in Prologo fol. 152. hæc legantur: *Hic autem Tractatus est compilatus, ac venerabili in Christo Patri, & Domino Domino Johanni IV. Pragensi Episcopo XXVII. præsentatus anno Domini Millesimo CCC. XL. primo, anno vero ordinationis suæ XL.* Finis tamen totius operis fol. 185. hic est: *Explicit tertius liber Secundæ Partis Chronicæ Pragensis scriptus ad venerabilem in Christo Patrem Dominum Johannem Episcopum Pragensem memoratum, qui finitur anno Domini, M. CCC. XLII. & continet in se gesta X. annorum,* nimirum ab anno 1333. usque ad 1342.

Hanc partem Chronici Pragensis Autor secundam ideo inscripsisse videtur, quod Chronicon Cosmæ cum primo continuatore pro una, eademque, atque adeo prima, acceperit.

FRANCK DE FRANCKENSTEIN, *Michaelis Adami,* Syntagma Historico-Genealogicum de Ortu & Progressu Illust. & Antiquissimæ Domus, Comitum & Baronum Woracziczkiorum de Babienicz. Pragæ 1708. fol.

Acta Erudit. Lips. ad an. 1709. pag. 301.

FREHERI, *Marquardi,* Rerum Bohemicarum Antiqui Scriptores aliquot, partim hactenus incogniti, qui gentis originem & progressum, variasque Regni vices, & Regum aliquorum vitam, resque gestas peculiariter, Hussitarum denique Sectæ Historiam & professionem literis tractarunt. Hanoviæ 1602. — 1608. fol.

Scriptores, quos hic collegit, suis locis inseruimus.

FRESCHOT, *Augustini,* Infulæ Pragensis ornamenta, seu vitæ Episcoporum & Archiepiscoporum Pragensium. Norimbergæ 1716. fol.

Ejusdem Ducum & Regum Bohemiæ Coronæ, seu vitæ eorundem. Norimbergæ 1717. fol.

Eibl. Menck. pag. 379.

FRIEDENFELS, *Amandi,* Ord. Præmonst. Gloriosus S. Romedius, nec non gloriosa Domus Comitum de Thun. Pragæ 1699. fol.

Ejusdem Mons Sion, Mons Inclytus, Mons Sanctus, seu Canonicorum Regular. Strahoviensium S. Ord. Præmonstr. Acta Gloriosa. Pragæ 1702. 4to.

FROELICH, *Erasmi,* S. J. Dialogus, quo disceptatur: anne Rudolphus Habsburgicus Regi Bohemiæ Ottocaro ab obsequiis fuerit, eundemque tentorio lapsili deluserit? Viennæ 1755. 4to.

Eruditissimus hujus Dialogi Autor non pauca in suis *Diplomatariis Sacris Ducatus Styriæ* protulit Diplomata, a Bohemiæ Regibus, maxime ab Ottocaro, Austriæ, Styriæ Carinthiæ &c. olim Duce, data.

GALLEAZO, *Gualdo*, Hiſtoria della vita d'Alberto Walſtain, Duca di Fridland. Lugduni 1643. 4to.

GESCHINII, *Pauli*, Majeſtas Carolina, ſeu Conſtitutiones, quibus Carolus IV. Regnum Bohemiæ formandum cenſuit. Francofurti & Hanoviæ 1617. fol.

GLAFEYS, *Adami Friderici*, Pragmatiſche Geſchichte der Cron Böhmen, worinnen das jenige, was unter jedwedem Herzoge und Könige von Böhmen von Zeiten zu Zeiten (orditur in Impp. Carolingicis) merkwürdiges vorgegangen, und ſo wohl in die ehemalige, als jetzige Grund-Verfaſſung dieſes Königreichs, und deſſen beſondern Nexum mit dem Römiſchen Reiche einſchlägt, Hiſtoriſch erörtert wird. Lipſiæ 1729. 4to.

GOLDASTI, *Melchioris*, Heiminsfeldii, Commentarii de Regni Bohemiæ, incorporatarumque Provinciarum juribus ac Privilegiis, nec non de Hæreditaria Succeſſione Regiæ Bohemorum Familiæ, in Libros VI. diviſi, (quorum,

Liber primus, Patrius, in quo Bohemia, Moravia, Sileſia &c. Germaniæ vindicantur.

Liber ſecundus, Subjugius, in quo de Bohemorum, ſubinde rebellantium, ſubactione & jure tributorum diſſeritur.

Liber Tertius, Civilis, in quo de Statu, honoribus, muneribus, & officiis, quibus Bohemiæ Reges atque ordines in Imperio funguntur, nec non de Jure eorum Clientelari diſputatur.

Liber Quartus, Honorarius & Judicialis, in quo de regalibus, dignitate ſenatoria in imperio, & conventione Bohemorum tam activa, quam paſſiva, agitur.

Liber quintus, Pontificius, in quo de Ordinibus Sacris in Bohemia & Statu Religionis diſquiritur.

Liber Sextus, Hæreditarius, in quo de jure Regum Bohemiæ ſucceſſorio & hæreditario diſceptatur.)

& inde a prima origine diligentiſſime, & accuratiſſime deducti, (Editio prima ſuſcepta eſt Francofurti 1627. 4to maj.) cum animadverſionibus Stranskii, Balbini, aliorumque. Accedunt

Goldaſti Conſultatio de Officio Electoris Bohemiæ, jureque in Conventibus S. R. I. Electorum.

Appendix Documentorum cum ſupplemento.

Collectio Variorum Conſiliorum de jure & ſucceſſione hæreditaria Sereniſſimæ Familiæ Auſtriacæ in Hungaria & Bohemia, cum variis

fœderibus mutuæ defenſionis, decretis, reſcriptis Impp. & Regum.

Pauli Stransky de Republica Bojema.

Joh. Petri de Ludewig Diſſertatio de jure ſuffragii Regis Bohemiæ, in Comitiis S. R. Imp. recuperati.

Joh. Nicolai Hertii Diſſertatio de renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu.

Cura atque Studio Johannis Schminkii, qui Notas & locupletiſſimum indicem adjecit. Tomi II. Francofurti ad Mœnum 1719. fol.

GRANELLI, *Caroli*, S. J. Germania Auſtriaca. Viennæ 1701. fol.

Vide Anonymi Germaniam Auſtriacam.

GUTTWIRT, *Melchioris*, *S. J.* Tempe Bohemiæ, ſeu Famoſiores Effigies Deiparæ Virginis, quæ in Regno Bohemiæ miraculis clarent. Pragæ 1665.

Bibl. Script. S. J. anni 1676. pag. 608.

Ejusdem S. Wenceslai Martyris Patroni Bohemiæ virtutes. Olomucii 1661. 8vo.

HABERNFELD, *Andreæ ab*, Bellum Bohemicum ab 1617. Lugduni Batavorum 1645. 8vo.

HAGECII, *Wenceslai*, von Libotſchan, Böhmiſche Chronick vom Urſprung der Böhmen; von ihrer Herzogen und Könige, Grafen und Adels Ankunft, von Ritterlichen Ubungen und Turniern, von innerlich- und ausländiſchen Kriegen, von Befeſtigungen des Landes und der Städte; Ingleichen von Ubung des Götzen-Dienſts und Bekehrung zum Chriſtenthum, von Aufrichtung uralter Kirchen, Bißthümer, Stifter, und der Hohen Schul; wie auch von Bergwerken und Saltz-Brunnen, von Privilegien und Antiquitäten, von guter Ordnung, Müntz, Maaß, Gewicht, von ſeltſamer Kleidung, von Natur-Wundern, Land-Straſſen, und was ſich ſonſten in geiſtlich und weltlichen Händeln zugetragen. Aus böhmiſcher Sprache in die deutſche überſetzet durch Johannem Sandel der Königl. Stadt Cadan in Böhmen Notarium. Lipſiæ 1718. fol.

Hæc Chronica, ab Hagecio patria Lingua ſcripta, primam lucem acceperunt Pragæ 1541: Germanica vero Francofurti 1596. fol. Conditoris Hiſtoriæ Patriæ ex merito hic autor tuliſſet nomen, ſi ſua non ſolum e veterum ſcriptorum documentis petiiſſet, ſed etiam ubique eadem indicaſſet; quare in multis minor etiam eidem fides adhibetur. Editor Lipſienſis, ideo Cæſareo Privilegio jam munitus, promiſerat non ſolum continuationem, ſed etiam Hageciani Chronici in multis emendationem; neutra, ni fallar, in lucem prodiit. In fine operis præter Syllabum Sacrorum Lipſanorum, in Carlſtein aſſervatorum, Urbium

bium, Oppidorum, Arcium, Ecclesiarum Cathedralium & Collegialium, Monasteriorum, Parœciarum & vectigalium, exigente necessitate a Sacris cœtibus datorum, etiam indicem rerum, multis partibus emendatum, subjicit.

HALLBAUER. *F. A.* de hodierno Moravorum Fratrum Cœtu, nec primis Fratrum unitatis, nec Evangelicis Ecclesiis adscribendo. Hilperhusæ 1743. 4to.

Vide *Seyfridi.*

HAMMERSCHMID, *Joh. Floriani*, Historia Urbis Regiæ Klattau in Bohemia, scripta Bohemice. Pragæ 1699. 4to.

Ejusdem Gloria & Majestas Regiæ & Exemptæ Wissehradiensis Ecclesiæ Sanctorum Petri & Pauli. Pragæ 1700. 4to.

Ejusdem Historia Pragensis Monasterii ad Sanctum Georgium. Pragæ 1715. 4to.

Ejusdem Prodromus Gloriæ Pragenæ, continens Urbium Pragenarum fundationes, Pragensium a Fide Christri suscepta Religionis Catholicæ fervores, pro fide *Christiana* perpessa Martyria, Fidei Christianæ propagationem, Ecclesiarum Pragæ erectiones, Monasteriorum fundationes, Xenodochiorum dotationes, Castri Pragensis & Wissehradensis descriptiones, Archiepiscoporum Pragensium titulos, divitias, potentiam, ditiones, bona, dignitates & nobilitates, Nobilium domos & palatia, Universitatis Carolinæ magnificentiam, Regum & Imperatorum erga illam amores, Privilegiorum confirmationes, Triurbis curiarum, pontis & turrium descriptiones, Pragensium in bello fortitudinem, erga Reges suos fidelitatem, a Ducibus, Regibus & Romanorum Imperatoribus illis concessas innumeras immunitates, libertates, gratias, donationes, indulta, privilegia & jura, ludos publicos Pragæ editos & celebratos, ab elementis pressiones, sed nunquam depressiones, Pragensis aëris salubritatem, Pragensium olim divitias & bona, Magnatum Pragæ officia & nomina, comitia, Tabularum Regni notitiam &c. Vetero-Pragæ 1723. fol.

Idem hic Autor, ecclesiasticis dignitatibus insignis, addixerat, *Sacram Tri-Urbem Pragensem*, seu ampliorem Rerum Ecclesiasticarum Notitiam una cum *Historia Pragensi.* Datam ita fidem, ut aliunde erudior, scribendo absolvit, sed utraque etiamnum sub censorum rigore detinetur.

HANCKEN, *Godefridi Benjamini*, des in dem Königreich Böhmen an der Elbe gelegenen Kukus-Bad. Schweidnicii 1725. fol.

HASSENSTEINII, *Bohuslai*, Baronis a Lobkowitz Lucubrationes Oratoriæ, Epistolæ & Vita. Pragæ 1563. 8vo.

Illustrissimus hic scriptor, de quo Trithemius perhibet : *Germaniam ea ætate nullum Lobkowitzio clarius ingenium, & politius habuisse*, texuit etiam Annales Bohemiæ, quos periisse Eruditi plurimum dolent.

HEDERICI, *Johannis*, Beweis, daß die sogenannten Böhmisch- und Mährischen Brüder mit der Gemeinde der Augspurgischen Confession nicht einstimmig seyn. Lipsiæ 1742. 8vo.

Vide Carpzovii Religions-Untersuchung.

HERTII, *Johannis Nicolai*, de Renovato Romano - Germanici Imperii & Regni Bohemiæ Nexu. Gissæ 1709. 4to.

Vide Goldasti Commentarii.

HOFFMANNI, *Christophori*, Ord. S. Benedicti, Chronicon Bohemiæ a Gentis Bohemicæ primordiis usque ad an. Chr. 1320. perductum.

Reperitur in P. Hieronymi Pez Ord. S. Ben. Script. Rer. Austriacarum Tomo II. a pag. 1042. ad 1111. Lipsiæ 1725. fol.

HOMIGK, *Matthæi*, Beschreibung des Egerischen Schieder-Säuerlings. Lipsiæ 1623. 4to.

Coronelli v. Egra.

J. C. S. de Thermis Carolinis, earumque natura, & legitimo usu. Lipsiæ 1695. 8vo.

J. H. D. Denkwürdiger Antiquarius des Elbstroms. Francofurti ad Mœnum 1741. 8vo.

In hoc libro loca Bohemiæ, ad Albim sita, iconibus illustrantur & describuntur.

INFANTII, *Jacobi*, l'Enfant, Histoire de la Guerre des Hussites, & du Concile de Basle. Tom. II. Amstelodami 1731. 4to.

Vide Isaac de Beausobre Supplément.

JOHANNIS, *Archiepisc.* Pragensis, Sermo post mortem Imp. Caroli IV. Bohemiæ Regis.

In Frehero pag. 107. — 114.

JORDAN, *Joh. Christophori*, Dissertatio de Archi-Pincernatu & Connexione Regni Bohemiæ cum Imperio Germanico. Pragæ 1716. 4to.

Ejusdem de originibus Slavicis opus Chronologico - Geographico - Historicum, ab antiquitate literis nota in sæculum Christi decimum. Vindobonæ Tom. II. 1745. fol.

KAHLO, *Johannis Gottlieb*, Denkwürdigkeiten der Grafschaft Glatz von ihrem ersten Ursprung bis auf gegenwärtige Zeiten. 1757.

KAPIHORSKY, *Simeonis Eustachii*, Historia Monasterii Sedlezensis Ord. Cisterciensis, Bohemice scripta. Pragæ 1630. fol.

KEMPFF, *Johannis Francisci*, Beschreibung des Töplitzer Bades. Berolini 1706. 8vo.

KEVENHÜLLER, *Francisci Christophori*, Comitis, Annales Ferdinandei, oder wahrhafte Beschreibung Kaysers Ferdinandi des andern. Tom. XII. Lipsiæ 1721. — 1726. fol.

Illustrissimus hic autor in hac altera Annalium Ferdinandi editione, priore auctiore, dabit historiam motuum Bohemicorum sub Ferdinando II. Imp.

KIRCHMEYER, *Caroli Valentini*, Uralter Kukus-Brunn, anjetzo erneuerte Gradlitzer Brunn-Quelle, dessen Ursprung, heylsame Mineralien, Würkung &c. Pragæ 1718. 8vo.

KISLING, *Johannis*, S. J. Compendium Physicæ Experimentalis de corporibus mixtis mineralibus generatim, & de admirandis Regni Bohemiæ Metallis & Lapidibus, & Succis fossilibus in specie &c. cum descriptione Theatri Mineralis, ex omni genere rariorum metallorum mirabili artificio nitide constructi, & in Musæo Mathematico Collegii Academici S. J. Pragæ ad S. Clementem erecti. Pragæ 1747. 4to.

Laudati hic Theatri Mineralis descriptio, etiam singillatim, cum ejusdem icone prostat. Sunt præterea in hoc Musæo Mathematico, aut verius Mathematico-Physico, etiam aliæ naturæ opes, quas fertilis Bohemiæ tellus protulit, & mihi nuper elapso autumno coram spectare, & admirari licuit. Sunt nimirum non solum Regni Mineralis, sed & Plantarum, & Animalium quamplurimæ species, in ipsa Bohemia enatæ. Utinam & has aliquis, sed ad genium ætatis nostræ, in lucem proferret!

KÖEHLER, *Joh. Davidis*, de Friderico V. Comite Palatino Rheni & Electore, affectante Regnum Bohemiæ. Altorfii 1716. 4to.

Ejusdem Elogium Johannis de Procznowa, cognomento Ziskæ. Göttingæ 1742. 4to.

KORZ'INEK, *Johannis*, S. J. Historia Urbis & Fodinarum Kuttenbergæ, Bohemice scripta. Pragæ 1675. 8vo.

KYBLIN, *Christiani*, a Waffenburg, Tractatus de differentia Juris Communis & Bohemici secundum Pandectarum ordinem. Pragæ 1664. 8vo.

Coronelli v. Bohemia.

LANGE, *Christiani Gottlieb*, Beschreibung des Kukus-Brunnen. Lipsiæ 1720. 8vo.

LANGERMANNI, *Lucæ*, Polemographia Hussitica. Giessæ 1667. 4to.

Coronelli v. Bohemia.

LANGHANS, *Gottfried*, Beschreibung des Adersbachischen Stein-Gebürges, cum iconibus. Vratislaviæ 1739. 4to.

LANGII, *Christiani*, Disputatio de genuino Acidulas Egranas salubriter usurpandi modo. Lipsiæ 1651. 4to.

Coronelli v. Egra.

LASITII, *Johannis*, de Ecclesiastica Disciplina, moribusque, & institutis Fratrum Bohemorum Memorabilia, cum admonitionibus Jo. Amos Comenii Amstelod. 1660. 8vo.

LEDER, *Mathiæ*, Beschreibung von warmem Bad zu Töplitz. Freybergæ 1717. 8vo.

LONDORPII, *Mich. Casp.* de Belli Bohemo-Germanici initio, causa & progressu cum Actis publicis. Francofurti 1621. 4to.

Bibl. Menck. pag. 360.

Ejusdem Bellum Sexennale Civile Germanicum inter Mathiam & Ferdinandum II. Imp. & alios Principes ab an. 1617. ad 1623. Part. IV. Francofurti 1623. 4to.

Coronelli v. Bohemia.

LONIGII, *Michaelis*, Bohemiæ Regalis Domus Arbor cum Elogiis.

Coronelli v. Bohemia.

LUDEWIG, *Joh. Petri*, de jure suffragii Regis Bohemiæ, in Comitiis S. R. I. recuperati, Dissertatio. Halæ 1709. 4to.

Vide Goldasti Commentarii.

LUPACII, *Procopii*, Rerum Bohemicarum Ephemeris, seu Kalendarium Historicum. Pragæ 1584. 8vo.

Coronelli v. Egra.

MACASII, *Pauli*, de Acidularum Egranarum natura, viribus & administratione. Norimbergæ 1625. 4to.

Coronelli V. Egra.

MARTINI, *Godefridi*, Vier Beschreibungen des Einzugs in die Kaiserliche Prager-Städte, der darauf erfolgten Erbhuldigung, und beyder Majestäten Caroli VI. und Elisabethæ Christinæ Krönungen. Pragæ 1723. fol.

MATHESII, *Johannis*, Chronica der Kayserl. freyen Berg-Stadt Sanct Joachims-Thal, der zuvor die Conrads-Grün genennt war (adject. ejusdem Berg-Postill, oder Sarepta) Freybergæ 1679. 4to.

MILLER, *Johannis*, S. J. Historia Mariæ Scheinensis. Das ist ausführlicher

Bericht von dem uralten und wunderhätigen Vesper-Bild der schmerzhaften Mutter GOttes Maria, welches zu Maria Schein unweit Grauppen im Königreich Böheim sehr berühmt ist. Pragæ 1710. 4to.

Ejusdem Historia B. V. Glacensis. Das ist, kurze Beschreibung von dem uralten wunderthätigen Maria-Bild, welches zu Glatz auf dem hohen Altar in der Pfarr-Kirchen der Societät Jesu von vielen hundert Jahren her zur öffentlichen Verehrung vorgestellet, und schon im Jahr 1364. vom Ernesto, ersten Erz-Bischoffen zu Prag, wunderthätig erkläret. Glacii 1690. 4to.

MIRÆI, *Auberti*, Historia de Bello Ferdinandi II. &, occasione Sectæ Calvinianæ, de rebus Bohemicis Liber singularis. Lugduni 1621. 12mo. cum auctario Bruxellis & Coloniæ 1622. 12mo.

NEPLACHONIS, Opatovicensis in Bohemia Monasterii Ord. S. Ben. Abbatis, Chronicon Bohemiæ ab ejus Gentis origine usque ad tempora Caroli IV. Imperat.

Reperitur in P. Hieronymi Pez, Ord. S. Ben. Script. Rerum Austriacarum Tomo II. a pag. *1005. ad 1042 Lipsiæ 1725.* fol.

OHEIMS, *Joh. Bernardi*, Dissertatio Epistolica ad C. Krausum, qua numus argenteus in memoriam Norberti, Archiepiscopi quondam Magdeburgensis, Pragam Magdeburgo translati, cusus illustratur. Arnstadii 1704. 4to.

OPHTALMII, *Viti*, Processus Juris Municipalis Pragensis. Jenæ 1608. 8vo.

Coronelli v. Bohemia & Praga.

PAPPI, *Leonhardi*, Epitome Rerum Germanicarum ab anno 1617. ad 1644. sine loco 1644. 8vo.

Etsi Autor, a me jam nominatus, fronti libri non sit inscriptus, a plerisque tamen eidem hæc Epitome adscribitur.

PAPROCZKY, *Bartholomæi*, Diadochus, seu Genealogiæ Principum & Regum Bohemiæ, Episcoporum & Archiepiscoporum urbis Pragenæ, omniumque celeberrimorum Regni Bohemiæ Statuum, id est Dominorum, Equitum & Civium breviter collectæ. Bohemice. Pragæ 1602. fol.

Ejusdem Speculum Nobilitatis Moraviæ, Partibus quatuor comprehensum, lingua Polonica & Bohemica. Olomucii 1593. fol.

Etsi Autor hoc in speculo profiteatur, se daturum notitiam Familiarum Moraviæ, multas tamen etiam complectitur, quæ, hodie saltem, Bohemiam incolunt. Paprozckius, ut ex animadversionibus Viri, in Bohemicis versatissimi, intellexi, erat e Polonia oriundus, & primum de Nobilitate & Patria sua, scribendo *Nidum virtutum*, bene meritus est: inde in Bohemiam transivit, & laudatum *Diadochum*, Rudolphi Cæ-

ſaris honoribus inſcriptum, edidit: altero volumine, ſeu *Speculo Nobilitatis*, Moravicarum Familiarum Origines aperuit; tum tertium de Sileſiæ Nobilibus, attamen minori, ac cetera, diligentia effinxit. Ultimo carmine Bohemico pervetuſto vitas Clarorum Virorum deſcripſit, & Pragæ Anno 1597. in lucem emiſit. Qui plura ad Familiarum Notitiam deſideraverit adjumenta, Balbini Miſcell. Hiſt. Reg. Boh. Dec. II. Lib. I. C. 19. adeat.

PESSINA DE C'ZEHOROD, *Thomæ Johannis*, Phosphorus Septicornis, Stella alias matutina, hoc eſt: Sanctæ Metropolitanæ Divi Viti Eccleſiæ Pragenſis Majeſtas & Gloria, quibus illa per tot ſæcula orbi noſtro enituit ſemper clariſſima: Solis ortui, ſeu futuro majori operi præmiſſus interim. Pragæ 1673. 4to.

Ejusdem Gloria Libani Pragenſis, ſive Excellentia Sanctæ Metropolit. Eccl. Pragenſis a Fidelitate Capituli, Polo, Choro, Foro; id eſt: DEO, Eccleſiæ, Sedi Apoſtolicæ & legitimis ſuis Principibus, Bohemiæ Regibus, conſtantiſſime ſervata. Pragæ 1673. 4to.

Ejusdem Mars Moravicus, ſive Bella horrida & cruenta, ſeditiones, tumultus &c. quæ Moravia hactenus (ad an. 1526.) paſſa fuit. Pars I. Pragæ 1677. fol.

Quamvis frons libri hujus, a Reverendiſſimo Autore, Samandrienſi Epiſcopo, conſcripti, edoceat, Res ſolum Moravicas hic tractari, maxima tamen parte res Bohemiæ, & etiam adſitarum Provinciarum, exponuntur, & in infelici ad Mohaczium pugna, qua & Rex Ludovicus interiit, deſinunt, indicatis ubique fontibus, ex quibus res deſcriptæ deſumptæ fuerunt. Partem alteram, qua Hiſtoriam Bellorum & Motuum Inteſtinorum Regni non minus magna diligentia ac integra fide ad annum uſque 1632. pertexuit, audio, una cum Protelo, ſeu appendice, ſolum ſcriptam extare: num in lucem aliquando emerſura ſit, tempus dabit.

PESTENREITER, *Laurentii Johannis*, Bericht des uralten Töplitzer warmen Bades. Pragæ 1675. 8vo.

PFEIFFER, *Chriſtophori*, Paproczkius Enucleatus, oder Kern und Auszug aus dem ſo genannten Mähriſchen Geſchicht-Spiegel Bartholomæi Paproczki, welcher aus dem Pohlniſchen vom Johanne Woditſchka Böhmiſch verſetzet, und endlich von einem Gelehrten, als ein teutſches Mſtum beſorgt worden, ſeiner Vortreflichkeit wegen im compendio mitgetheilet. Vratislaviæ & Lipſiæ 1730. 4to.

PICCOLOMINEI, *Jacobi*, Cardinalis Papienſis, de Huſſitis & Georgio Pogiebracio, Bohemorum Rege, Hiſtorica Narratio, ex Comment. ejus Lib. VI. deſumpta.

In Frehero pag. 206. — 221.

PONTANI, *Georgii Bertholdi*, a Braitenberg, Pragenſis Præpoſiti, Bohemia Pia, hoc eſt: Hiſtoria brevis, pietatem avitam Bohemiæ e Miraculis, Ducibus & Regibus, Sanctis quoque, Epiſcopis & Archiepiſcopis, & aliis oſtendens, quinque libris comprehenſa. Cui accedunt res, ſub Rege Ludovico geſtæ, cum copioſo rerum indice. Francofurti 1608. fol.

In Frehero.

PROXENI, *Simonis*, Carmen de Serie Ducum & Regum Bohemiæ. Wittembergæ 1556. 4to.

Coronelli v. Bohemia.

RAMHOFFSKY, *Johannis Henrici*, Drey Beſchreibungen: Erſtens des Königlichen Einzugs ihrer Königl. Majeſtät Mariæ Thereſiæ in Prag: Zweytens der Erbhuldigung von den Ständen des Königreichs Böheim: Drittens Ihrer Maj. Königlich-Böhmiſchen Crönung. Pragæ 1743. fol.

Interjectæ icones non ſolum magnificum Regium in Metropolim ingreſſum cum compitis & adjacentibus domibus, ſed etiam ſolenne homagium, Coronationem & Convivium; quin & multorum Bohemiæ Procerum gentilitia inſignia, ad Scutariæ Artis leges efficta, repræſentant.

REDELN, *Caroli Adolphi*, Das Sehenswürdige Prag, worinnen alle Sehens-Merk- und Wunderwürdige Begebenheiten, Denkmahle und Antiquitäten, auch andere Haupt-Merkwürdigkeiten, den Urſprung, Veränderung und heutigen Zuſtand der Prager-Städte, Schlöſſer, Königl. Reſidenzen, Landes Regierung, Hohe, alte und heutige Königliche Staats- und Raths-Bediente, Kirche, Clöſter, Gräfliche nnd Herrliche Paläſte, Häuſer, Gärten, Künſte, Waſſer-Leitungen, unterirrdiſche Gänge, Höhlen, Bergwerke, Heidniſche und Chriſtliche Kruften, und andere Koſtbarkeiken, Reichthümer und Curioſitäten, ſowohl in der Stadt Prag, als deren nächſt-umliegender Gegend betreffende, kürzlich vorgeſtellet werden. Norimbergæ & Pragæ 1710. & 1728. 8vo.

Autor in Præfatione ad utramqne editionem promiſerat ampliſſimam Regni Bohemiæ Hiſtoriam, de qua tamen vix aliquid in lucem prodiiſſe credo.

REGENVOLSCII, *Adriani*, (eſt Andreas Wengerſcius) Syſtema Hiſtorico-Chronologicum Eccleſiarum Slavonicarum per Poloniam, Bohemiam, Mo-

raviam &c. Libris XIV. continens Hiſtoriam Eccleſiaſticam a Chriſti & Apoſtolorum tempore uſque ad annum 1650. Trajecti ad Rhenum 1652. 4to.

Coronelli v. Bohemia.

RIEGER, *Georgii Conradi*, Der alten und neuen Böhmiſchen Brüder merkwürdige Hiſtorie, aus glaubwürdigen Urkunden hergeleitet. Drey Bände. Zillichau 1734.— 1740. 8vo.

ROCHEZANG von *Iſecern*, (nomen Commentitium) Hiſtoriſch-und Geographiſche Beſchreibung des Königreichs Böheim; Erſter Theil, worinn deſſen alte Einwohner, Regenten, Schickſale, Religion, und andere Merkwürdigkeiten, ſowohl älterer als neuerer Zeiten aus den beſten Nachrichten, Diplomatibus und anderen Urkunden ꝛc. vorgetragen: Zweyter Theil, worinnen die neueſte Begebenheiten dieſes Königreichs von dem Tode des Kayſers Carls VI. an bis auf den heutigen Tag ꝛc. vorgetragen. Francofurti & Lipſiæ 1746. 4to.

Etſi Autor profiteatur, hanc hiſtoriam optimis e documentis eſſe deſumptam, in multis tamen non ſolum hallucinatur, ſed ſæpe & calumnias, & mendacia recenſet; unde meritas dedit pœnas, quibus primum liber ex librariorum manibus excuſſus, & tum Pragæ a carnifice in rogum conjectus fuit.

ROCHS, *Henrici*, Luſati Annales Bohemici, Luſatici & Sileſiaci. Lipſiæ 1687. Fol.

De his Annalibus ſcribit Gryphius in Diſſertatione Iſag. pag. 172. vix operæ pretium eſſe, illos recenſere, cum absque omni judicio conſcripti ſint, & aniles plerumque fabulas, ac interdum inſulſa mendacia commemorent.

ROXAS, *Ferdinandi*, Leben Franz Antons Grafen von Spork. Amſtelodami 1715. 4to.

SALII, *Nicolai*, S. J. Vitæ SS. Procopii, Ludmillæ & Wenceslai Martyrum.

Has Surius ſuis Tomis inſeruit.

SATELER, *Aegidii*, Deſcriptio Pragæ cum Tabula Topographica.

Hæc, alias mihi ignota, recenſetur a Joh. Frid. Seyfart. pag. 60.

SCHMIDL, *Iohannis*, S. J. Hiſtoria Societatis Jeſu Provinciæ Bohemicæ. Pars Prima ab anno Chriſti M. D. LV. ad annum M. D. XCII. Pragæ 1747. fol.

Ejusdem Hiſtoriæ Societatis Jeſu Provinciæ Bohemiæ Pars Secunda, ab anno Chriſti M. D. XCIII. ad Annum M. DC. XV. Pragæ 1749. fol.

Ejusdem Historiæ Societatis JEsu Provinciæ Bohemiæ Pars Tertia, ab Anno Christi M. DC. XVI. ad ad Annum M. DC. XXXII. Pragæ 1754. fol.

Historia hæc non solum res Ordinis, sed & publicas, quibus illæ frequenter sunt illigatæ, e documentis fide dignissimis enarrat: Clarissimo ejus Autori, qui proxime etiam Partem Quartam est emissurus, & mihi hunc scriptorum syllabum in non paucis perbenigne illustravit, gratitudinem meam palam hisce contestor, & ad prosequendas reliquas Historiæ partes diuturnam valetudinem ex animo exopto.

SCHWENCKFELD, *Casparis*, vom Töplitzer warmen Bade. Görlicii 1708. 8vo.

SERPONTE, *Francisci Ferdinandi* de, Promptuarium in die Königliche verneuerte Böhmisch- und Mährische Lands-Ordnung, in Alphabetischer Ordnung verfasset. Pragæ 1678. fol.

SEYFART, *Johannis Friderici*, Entwurff einer allerneuesten Beschreibung des Königreichs Böhmen, in welchem von dieses Landes Geographischen, Physicalischen, Politischen, Historischen, wie auch Topographischen Beschaffenheit und den dahin gehörigen Schriftstellern in sechs Abschnitten kurze und zuverlässige Nachricht gegeben wird. Francofurti & Lipsiæ 1757. 4to.

SEYFRIDI, *Wilhelmi*, Commentatio de Johannis Hussi vita, fatis & scriptis cum Adnotationibus J. C. Mylii & Præfat. F. A. Hallbauer, de hodierno Moravorum Fratrum Cœtu &c. Hilperhusæ 1743. 4to.

Vide Hallbauer.

SOLIMANNI, *Julii*, *S. J.* Orationes aliquot de S. Norberto, Wenceslao; item de Bohemorum ingenio ad eloquentiam. Pragæ, 1625. 4to.

Ejusdem Bohemia exoriens, Gentilis, Christiana, pia, bellicosa, regnans, imperans, Austriaca, Ferdinando III. concinnata sub nomine Collegii Pragensis Soc. Jesu. Pragæ 1627. fol.

Autorem hujus operis non solum Coronellius V. Bohemia, sed etiam Nathanael Sotvellus in Bibliotheca Scriptorum Soc. JEsu pag. 536. faciunt laudatum Solimannum; aliud tamen perhibet, R. P. Schmidl Part. III. Hist. Prov. Boh. S. J. pag. 823. dum ait: argumentum illius, antequam pestilentia extingueretur, concepit P. Simeon Sidecius, & inter Socios Pragenses elaborandum divisit.

Ejusdem Elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Bohemis præfuerunt, addita singulorum effigie. Pragæ 1629. 4to.

SPARMANN, *Joh. Francisci*, Tractat von Töplitzer-Bädern. Dresdæ 1733. 8vo.

SPRINGFELD, *Gottlob Caroli*, Abhandlung von Carls-Baade, cum iconibus. Lipsiæ 1747. 8vo.

STILLENAU, *Gottwaldi Cæsaris*, Leben Franz Anton des H. R. R. Grafen von Spork. 1721. 4to.

STRANSKY, *Pauli*, de Republica Bojema. Lugduni Batavorum. 1643. Norimbergæ 1713. 24to.

Vide Goldasti Commentarii.

STREDOWSKY, *Iohannis Georgii*, Sacra Moravia, sive Vita SS. Cyrilli & Methudii, Moraviæ & Bohemiæ, Superioris Silesiæ & Universæ pene Slavoniæ Apostolorum. Solisbaci 1710. 4to.

STURBÆ, *Petri*, Böhmische Lands-Ordnung sammt erneuerten reformirten Articul de Anno 1565. Francofurti ad Mœnum 1604. Fol.

Liber hic, quem Petrus Sturba, civis Cadanensis, ex idiomate Bohemico in Germanicum primum transtulit, lingua patria ante jam lucem tulit an. 1594; Germanica vero iteratos typos subiit 1616: tum hæc norma, a Ferdinando II. Cæsare & Rege emendata, ita prodiit: Ferdinandi II. Verneuerte Königliche Böheimische Lands-Ordnung An. 1628. mit zugehörigen Declaratorien und Novellen 1640. Alterius etiam Normæ pro civitatibus: Böhmische Stadt-Rechte, in Prag und anderen Städten superius inter Scriptores Anonymos meminimus, hæc, ni fallar, lingua Patria primum edita est an. 1536. & rursus 1579. & 1701. nova etiam Germanica, præter jam recensitas, accessit an. 1667. fol.

SUDETIS, *Iohann. Mathiæ a*, Antecessoris Academiæ Pragensis, de Origine Bohemorum & Slavorum Subseciva. Lipsiæ 1615. 4to.

Porro ad litem, Autori hujus operis motam, spectant

Nicolai Troili, Hagiochorani, p. t. Facultatis Philos. in Acad. Prag. Decani, Sermo de Bojemia Pia contra Roxolanos. Pragæ 1615. 4to.

Ioh. Math. a Sudetis Quæstiones tres: Prima ex l. jc. ff. de jur. docend. ration. Secunda ex L. ff. quod cujusque Universit. nom. Tertia ex l. 25. C. Theodos. tit. 10. lib. 10. (An Bohemi a Slavis ex Croatia originem trahant? negatur.) Pragæ 1615. 4to.

Nicolai Troili, Antiroxolani adversus Joh. Math. a Sudetis Scriptum, cui titulus: Quæstiones tres. Pragæ, 1616. 4to.

Facultatis Philosophicæ in Academia Pragensi Spongia ad Joh. Math. a Sudetis adspergines. Pragæ 1616. 4to.

Recto-

Rectoris Academiæ Pragensis Intimatio, qua sine scitu ejus Quæstiones tres, a Joh. Math. a Sudetis publicatæ, reprobantur. Pragæ 1616. 4to.

SYLVII, *Aneæ*, Cardinalis Senensis, postea Pii II. Pontificis, Historia Bohemica, ab origine Gentis incipiens, omnesque per ordinem Duces designans, sed sub Sigismundo Imp. & Hussitarum secta potissimum se diffundens usque ad Fridericum III. Imp. Editio præcedentibus auctior & correctior, insertis aliis opusculis huc spectantibus.

In Frehero pag. 118. — 206.

TANNER, *Iohannis*, S. J. Trophæa S. Wenceslai, Regni Bohemiæ Patroni. Pragæ 1661. fol.

Ejusdem Amphitheatrum Gloriæ, spectaculis Leonum Waldsteiniorum adornatum. Pragæ 1661. fol.

Ejusdem Vestigia Virtutis & Nobilitatis Sternbergicæ. Pragæ 1661. fol.

Ejusdem Geschichte der Helden von Sternen, oder des uralten und ruhmwürdigsten Geschlechts von Sternberg. Pragæ 1732. fol.

THEOBALDI, *Zachariæ*, Chronologica Ecclesiæ Bohemicæ adumbratio. Wittebergæ 1611. 4to.

Ejusdem Genealogica & Chronologica Judicum, Ducum & Regum Bohemiæ Series, cum Topographica ejusdem Regni Descriptione. Wittebergæ 1612. 4to.

Ejusdem Bellum Hussiticum. Francofurti 1621. Norimbergæ lingua Germanica 1624. 4to.

Ejusdem Hußiten-Krieg, worinnen Johann Hussens Leben enthalten ist rc. in reiner deutscher Schreibart abgefasset, und mit Kupfern ausgezieret. Lipsiæ 1750. 4to.

TILLING, *Ioh. Christophori*, Nachricht vom Karls-Bade nebst Fortsetzung. Annaberg 1748. 8vo.

VIRIDOMNI, *Antonii*, Epistola ad Liberium Cepolarem pro veritate translatarum Parthenopoli Pragam S. Norberti Archiepisc. Magdeb. Reliquiarum, exarata contra Pseudo-Norbertum, a Franc. Buttnero excusum. 4to.

VOGTEN, *Mauritii*, Ord. Cist. Plasii, Das jetzt Lebende Königreich Böhmen in einer Historisch- und Geographischen Beschreibung vorgestellet, wie solches sowohl an Städten, Clöstern, Schlössern, Herrschaften, und heylsamen Gesund-Brunnen anjetzo zu sehen ist, nebst einer kurzen Lebens-Beschreibung aller Böhmischen Herzoge und Könige. Francofurti & Lipsiæ cum iconibus 1712. 4to.

Gratiam fortaſſis ab aliquibus inivero, ſi urbium & arcium nomina, quarum icones autor adjecit, hic notavero. En illa, ut in Chartis Geographicis adſcripta veniunt: *Algersdorf*, *Besdecz*, *Böhm- Leypa*, *Brandeis*, *Budweis*, *Carlsbad*, *Chlumetz*, *Chrudim*, *Commotau*, *C'zaslau*, *Eger*, *Elenbogen*, *Glatz*, *Gradlitz*, *Grünberg*, *Katzerhof*, *Klattau*, *Kolin*, *Königgratz*, *Konoged*, *Kukusbad*, *Kukusbrunn*, *Laun*, *Leitmeritz*, *Liſſau*, *Neü-Birkſtein*, *Oſſegg*, *Pilſen*, *Plaſs*, *Prag*, *Rabenſtein*, *Raudnitz*, *Roſenberg*, *Schlakenwert*, *Schlan*, *Sedletz*, *Strakonitz*, *Tabor*, *Tetſchen* & *Winterberg*.

WEINGARTEN, *Johannis Jacobi de*, Excerpta Conſtitutionum ac Novellarum Regni Bohemiæ. Pragæ 1686. 4to.

Ejusdem Faſciculus Diverſorum Jurium. Norimbergæ 1690. fol.

Ejusdem Codex Ferdinandeo - Leopoldino - Joſephino - Carolinus pro hæreditario Regno Bohemiæ, ac incorporatis aliis Provinciis, in welchem verſchiedene von Anno 1347. bis auf das 1719. Jahr allergnädigſt ertheilte Confirmationes, wie auch andere neue Conceſſiones, nicht minder alle ergangene Sanctiones Pragmaticæ, Declaratoriæ & Reſcripta &c. publica, politica, militaria, auch das Juſtitz-Weſen in Civilibus & Criminalibus betreffende, enthalten. Secundum ſeriem Annorum & Menſium cum indice. Pragæ 1720. fol.

WELESLAVINI, *Danielis Adami*, Calendarium Hiſtoricum cum Genealogiis Principum ac Regum Bohemiæ. Pragæ 1577. & 1590. fol.

De hoc libro, lingua Bohemica ſcripto, notat ſæpe jam nominatus Amicus Pragenſis: primam ejusdem editionem rudem eſſe & impolitam; alteram contra non ſolum emendatam & concinnam, ſed & maxima diligentia conſcriptam.

WENCESLAI, Königs in Böheim, Bergordnung de anno 1280. ſamt denen darauf weiters anno 1531. und 1574. mit dortigen Landſtänden erfolgten Verträgen. Lipſiæ 1616. fol.

WERNERI, *Friderici Bernardi*, Delineatio & Repræſentatio notabiliſſimorum Proſpectuum, tam celeberrimorum & ſplendidiſſimorum Fororum, quam Templorum, & Ædificiorum publicorum Regiæ Bohemicæ Metropolis Pragæ, ſecundum naturalem ſitum accuratiſſime deſignatorum. Partes III. Pragæ. fol.

WRSSOWECZ, *Iaroslai*, Comitis de, Analecta Hiſtorica & Antipologia über etliche Contenta der durch Chriſtian Friedrich den ältern von Aſchenfeld in Druk gege-

gegebenen Salhausischen Genealogiæ, das uralte Gräfl. Wrssoweczische Geschlecht betreffend. Dresdæ 1667. fol.

ZAVIETA, *Georgii*, Coronatio Bohemica Mathiæ Regis, & acta inter Rudolphum & Mathiam Fratres. Pragæ 1611. 4to.

ZEILERI, *Martini*, Topographia Bohemiæ, Moraviæ & Silesiæ, das ist Beschreibung und eigentliche Abbildung der vornemsten und bekanntisten Städte und Plätze in dem Königreich Böheim, und einverleibten Ländern Mähren und Schlesien. An Tag gegeben und verlegt durch Matthæum Merian. Cum iconibus. Francofurti 1650. fol.

Loca, quorum Orthographias, aut Ichnographias adjecit Merianus, sunt hæc: *Brandeys*, *Carlsbad*, *Chlumetz*, *Commotau*, *Czaslau*, *Eger*, *Glatz*, *Kolin*, *Königgratz*, *Laun*, *Leitmeritz*, *Pilsen*, *Polna*, *Prag*, *Schlakenwert*, *Schlan*, *Tabor*. Idem hic Autor Zeilerus quædam de Bohemiæ Regno, ejusque urbibus, refert in suo *Itinerario Germaniæ*, Argentinæ & Francofurti edito 1674. fol. Sunt & alii bini Scriptores, qui in descriptis suis itineribus quorundam Bohemiæ locorum meminerunt: prior est Illustrissimus Baro de Pölnitz (*Nouveaux Memoires* Tom. II. pag. 289. — 298. & *Lettres* Tom I. pag. 185. Frankfurt 1738. 8vo.) alter Johannes Georgius Keyssler in Itinerario, quod inscripsit: Neueste Reisen durch Deutschland, Böhmen, Ungarn, die Schweitz, Italien und Lothringen. Hannoveræ 1751. 4to. a pag. 1287. — 1298.

ZELANTE (nomen commentitium) Andenken aller von Zeiten des von Chur Baieren usurpirten Böhmens, und der unter dem Französischen Joch gestandenen Prager = Städte vorgefallenen Begebenheiten. Partes II. Lipsiæ 1743. 4to.

ZIEGELBAUER, *Magnoaldi*, Ord. S. Ben. Epitome Historica Regii, Liberi, Exempti, in Regno Bohemiæ Antiquissimi, Celeberrimi ac Amplissimi Monasterii Breunoviensis, vulgo S. Margarethæ, Ord. S. Benedicti, prope Pragam. Coloniæ 1740. fol.

ZIMMERMANNI, *Wilhelmi Petri*, Relatio, oder ausführlicher Bericht, was sich mit dem Passauischen Kriegs = Volck vom Monat December des abgewichenen 1610ten Jahrs biß auf den 21. Martii dieses 1611ten Jahrs und weiter verloffen. Mit vielen Kupfern 1611. fol.

ZITTMANN, *Iohannis Friderici*, Practische Anmerkungen von den Töplitzer Bädern, dem Böhmischen Bitter und Biliner = Wasser. Partes II. Dresdæ & Lipsiæ 1743. 4to.

Scriptores non editi.

Atque hi ſunt Scriptores, qui res Bohemicas literis publicis illuſtrarunt, & ad meam pervenerunt notitiam: alios, quorum monumenta, typothetarum prelis expreſſa, nec dum habemus, recitant quam frequentiſſime Bohuslaus Balbinus & Thomas Peſſina de Czechorod in libris ſuis, ante a me laudatis; quos reſcire licuit, jam ſubjicio: ſunt vero

ANONYMI Boleslavienſe Chronicon, rhythmis Bohemicis deſcriptum: narrationem hoc deducit ad Johannem Regem, Caroli IV. Imperatoris Parentem.

ANONYMI Hiſtoria Roſenſis.

ANONYMI Klattovienſe, ſeu Glattovienſe, Chronicon, quod res Bohemicas ab Anno Aeræ Chriſtianæ 752. ad 1190. enarrat, & a plerisque ut fabuloſum exploditur. Balbinus autorem prodit Johannem Klattowsky, Civem Novæ Urbis Pragenſis, & ſcribit, eum mala, vel potius audaci manu in eo labore verſatum eſſe; Chronologiam quippe totam confudit, &c.

ANONYMI Litomislienſe Chronicon.

ANONYMI Opatovienſe Chronicon. Videtur hoc idem eſſe, quod ante Oppatovicenſis Chronici nomine recenſuimus, & a Cl. Viro P. Hieronymo Pez inter Scriptores Auſtriacos editum eſſe intelleximus.

ANONYMI *Pragenſe* Chronicon.

ANONYMI Reginohradecenſe Chronicon.

BOLELUCZKY, *Mathias*, Moravus Cremſirienſis, & Pragæ Majoris ad S. Adalbertum Parochus, præter Roſam Bohemicam, a nobis jam relatam, ſcripſit de Originibus Slavorum & Linguæ Slavonicæ, etiamnum, ni fallar, ineditis.

DALIMIL MESERCZKY, Eccleſiæ Boleslavienſis Canonicus, ab Hagecio in ſyllabo Scriptorum Bohemiæ nominatus.

DRAHENICZ, *Bartholomæus de*, Bella ſui temporis in Bohemia a morte Wenceslai Imperatoris uſque ad annum 1435. diligentiſſime deſcripſit.

HORZOVICZ, *Beneſſius de*, Equeſtri ordine prognatus, Hiſtoriam Caroli IV. & Wenceslai Regum ſermone Bohemico enarrat, & a gnaris linguæ multum commendatur.

JANSSTORFF, *Iohannes de*, Pulkavæ Chronicon a temporibus Caroli IV. in quibus hic deſierat, ad Ferdinandum Regem & Imperatorem I. ut notatur in Pulkavæ apographo, quod Pragæ in Bibliotheca Crucigerorum cum rubea ſtella aſſervatur, perducit, ita tamen, ut ea, quæ Huſſitarum motus ſub Wenceslao Pigro enarrant, ab alio coævo ſcriptore exarata videantur.

JAROSLAUS, ex Canonico Pragenſi Ordinis Præmonſtratenſis, ut Balbinus opinatur, & alio in loco jam intellleximus, Religioſus, contexuit indicem rerum, ſuo tempore in Bohemia geſtarum, non minore fide ac verborum candore, quem a Continuatione prima Chronici Coſmæ Pragenſis, ſuperius laudata, vix diverſum exiſtimo.

LAUDA, *Mathias*, Ziſkæ & Taboritarum crudelitatem calamo ſuo nobis depinxit.

LAURENTIUS DE BRZEZYNA, &

LAURENTIUS NIMBURSKY, Pragenſis Univerſitatis Magiſter: uterque & ab Hagecio, & a Peſſina inter Bohemiæ Scriptores numerantur; quin tamen eorundem monumenta hiſtorica indicentur.

PULKAVA, *Przebislaus*, de TRADENIN, Scholæ Parochialis ad S. Ægidium Pragæ Rector, Bohemiæ Hiſtoriam patria lingua ab adventu Czechi ad Caroli IV. tempora, juſſu ejusdem Regis, non minori diligentia ac fide conſcripſit. Edidit hanc, ut in priore Scriptorum Syllabo memini, Johannes Burchardus Menckenius & Johannes Petrus de Ludewig; quæ tamen, ut a Viro, in rebus Bohemicis verſatiſſimo, accepi, apographis Bohemicis in omnibus non reſpondet.

SCHLEINITZ, *Maximilianus L. B. de*, Præpoſitus, tum primus Litomericenſis Epiſcopus, præter opuſcula nonnulla Poetica, typis excuſa, ſcripſit libris duobus Hiſtoriam Vandalo-Boëmiæ, & obiit anno 1675.

SLAVATA, *Guilielmus*, Comes a, aurei velleris Eques, & ſupremus Regni Cancellarius, ſumma eruditione inſignis, grandibus aliquot voluminibus infelicium ſuorum temporum Hiſtoriam, Bohemico deſcriptam idiomate, complexus eſt. Non minus idem texuit Apologiam contra Henricum Mathiam Comitem de Turri, factioſorum quorundam Bohemorum Ducem: aliam etiam ſcripſit in defenſionem Societatis JESU, tum a ſeditioſis heterodoxis per calumnias e Regno proſcriptæ. Hæc ut in complurium manus deveniret, ab Illuſtriſſimo Innocentiæ Propugnatore ſermone Latino, Germanico & Bohemico exarata fuit. Synopſim ejus edidit Cl. P. Johannes Schmidl Parte III. Hiſtoriæ Soc. JEſu Provinciæ Bohemiæ.

WEITMILLE, *Beneſſius a*, Caroli Regis & Imperatoris IV. quo cum in aula adoleverat, imperium, & res ab eo geſtas, ſuo calamo conſignatas, poſteris tranſcripſit.

WRZEZOVICZ, *Wenceslaus*, Equeſtri ordine, doctrina, & eloquentia clarus, inter Bohemiæ Scriptores numeratur, etſi monumenta ejuſdem jam diſparuerint. Obiit 1583.

ZIDEK, *Paulus*, Collegiatæ Pragenſis Eccleſiæ ad Omnes Sanctos Canonicus, & declaratus Epiſcopus Litomislienſis, Georgii Regis temporibus præter Inſtructionem Regnandi ad Regem Georgium, libris tribus lingua Bohemica deſcriptam, laudatiſſimum compoſuit Chronicon.

Utinam hi in unum colligerentur corpus: Quam bene, quam præclare Literati Bohemiæ Viri, & patrii idiomatis etiam gnari, de Literaria Republica, & de Regno ipſo, mererentur, ſi Scriptores, a me jam enumeratos, & illos, qui in complurium Bibliothecis, aut Archivis, etiamnum deliteſcunt, vel etiam inter collectiones Scriptorum aliarum Provinciarum in lucem prodiverunt, avida manu undequaque conquirerent, ſingulos ad autographorum fidem, ſed integram, deſcriberent; quos patrium veſtit pallium, latio donarent, & ubi opus foret, doctis animadverſionibus, quales ad Coſmæ Chronicon Doctiſſimo debemus Schwartzio, illuſtrarent. Labor hic non ſolum Freheri induſtriam multis voluminibus ſuperaret, ſed etiam Hiſtoriam patriam a compluribus fabellis, quas poſterioribus ſæculis enatas & ſcimus, & dolemus, brevi liberaret. Habet illuſtre hoc regnum quam plurima, non nonnulla etiam præ aliis, decora, minime indigum, ut a commentitiis laudibus celebretur.

Non minus etiam Diplomata, Quid ſi ad hanc exoptatam Scriptorum Bohemiæ collectionem ejusdem etiam adjiceretur Diplomatarium? utut hoc in genere multa jam præſtiterint Goldaſtus, Balbinus ac Lunigius (d) non pauca tamen etiamnum ſuperſunt, non duntaxat in aliis Scriptoribus, quorum aliquos diligentiſſimus Petrus Georgiſch (e) recenſet, ſed etiam in Tabulariis publicis & privatis, multis aliam lucem, ac jam habent, affuſura. Hæc ſi juris publici aſſertores ſuperiore ſæculo conſuluiſſent, occaſione excitatorum in Bohemia inteſtinorum motuum nunquam in partes, adeo ſibi adverſas, abiviſſent, fortaſſis & ipſa belli flamma, ni eam immoderatus quidam Religionis tuendæ fervor, aut, dicam verius, effrœna liberioris vitæ cupiditas foviſſet, opportuno tempore ſopita fuiſſet.

Et numi ad Bohemiæ Hiſtoriam ſpectantes. Demum & res numaria Bohemiæ non infimam ſibi Eruditorum expoſceret curam: ad hanc illuſtrandam ad hoc uſque tempus nemo amplius contulit, ac Auguſtus Cæſar, Imperator Franciſcus, qui ex ditiſſimo ſuo Cimelio, ſolum tanto Principe digno, jam bina volumina, numos poſterioris ætatis (f) complectentia, & ſtudio Erudítiſſimi Valentini Du Vallii adornata, in lucem emiſit, alia poſthac adjecturus. In his complura non ſolum Regum Bohemiæ; ſed & quorundam Sacrorum Antiſtitum, Illuſtrium

lustrium Familiarum, & Urbium ejusdem Regni aurea & argentea maximi moduli offeruntur numismata, cum aliorum laboribus (g) aliquando in Historiam numariam Bohemiæ suffectura.

a. *Gryphius in Opusculo mox recitando. Cap. II. §. XI. pag. 97.*

b. *Jo. Christophorus Gottschedius in Singularibus Vindobonensibus pag. 33.*

c. *Gryphius, Christianus, in Apparatu, sive Dissertatione Isagogica de Scriptoribus, Historiam Sæculi XVII. illustrantibus Cap. II. §. X. XI. & XII. Lipsiæ* 1710. 8vo.

Londorpius, Michaël Caspar, in Actis Publicis inter invictissimos & gloriosissimos Imperatores Mathiam & Ferdinandum II. Rom. Impp. atque Fridericum, ejus nominis V. Electorem &c. Francofurti ad Mœnum 1622.—1625. 4to *Tom. XII.*

Coronelli, Vincentius, Ord. Min. S. Francisci in Regnorum, Civitatum, ac quorumcunque locorum Orbis terrarum Nominibus, tam juxta Antiquos, quam Recent. Geographos. Verb. Bohemia & Praga. Tom. II. Venetiis 1716. *fol.*

Menckenius Otto & Burchardus in Bibliotheca Menckeniana pag. 377. & 1727. 8.

Struvius Burchardus & Buder Christianus in Bibliotheca Historica Selecta pag. 954. & *seqq. item pag.* 1057. & *seqq. Jenæ* 1740. 8vo.

Struvius Burchardus in Bibliotheca juris Selecta Cap. XIV. §. VII. Jenæ 1725. 8vo.

d. *Goldastus in Appendice Documentorum cum supplemento ante relata.*

Balbinus Lib. VI. & VIII. Miscellaneorum Historicorum Regni Bohemiæ Decadis Primæ.

Lunigius Christianus, etsi & in aliis voluminibus suarum collectionum complura exhibeat Diplomata, ad Regnum Bohemiæ spectantia, plurima tamen refert in Parte Speciali des teutschen Kriegs-*Archivs Continuationis I.* Erste Fortsetzung. *Lipsiæ* 1711. *fol.*

e. *Georgisch, Petrus, in Regestis Chronologico-Diplomaticis. Tom. III. Francof. & Lipsiæ* 1740—1742. *fol. quæ ut facilius reperias, consule ejusdem Indicem Alphabeticum in tomos tres Regestorum. ver. Böhmen, Eger. Glatz & Prag. Halæ Magdeb.* 1744. *fol.*

f. *Monnoies en Argent, qui composent une des differentes Parties du Cabinet de S. M. L'Empereur depuis les plus grandes Pieces, jusqu' au Florin inclusivement. Vienne* 1756. *fol.*

lustrium Familiarum, & Urbium ejusdem Regni aurea & argentea maximi moduli offeruntur numismata, cum aliorum laboribus (g) aliquando in Historiam numariam Bohemiæ suffectura.

a. *Gryphius in Opusculo mox recitando. Cap. II. §. XI. pag. 97.*

b. *Jo. Christophorus Gottschedius in Singularibus Vindobonensibus pag. 33.*

c. *Gryphius, Christianus, in Apparatu, sive Dissertatione Isagogica de Scriptoribus, Historiam Sæculi XVII. illustrantibus Cap. II. §. X. XI. & XII. Lipsiæ* 1710. 8*vo.*

Londorpius, Michaël Caspar, in Actis Publicis inter invictissimos & gloriosissimos Imperatores Mathiam & Ferdinandum II. Rom. Impp. atque Fridericum, ejus nominis V. Electorem &c. Francofurti ad Mœnum 1622.—1625. 4*to Tom. XII.*

Coronelli, Vincentius, Ord. Min. S. Francisci in Regnorum, Civitatum, ac quorumcunque locorum Orbis terrarum Nominibus, tam juxta Antiquos, quam Recent. Geographos. Verb. Bohemia & Praga. Tom. II. Venetiis 1716. *fol.*

Menckenius Otto & Burchardus in Bibliotheca Menckeniana pag. 377. & 1727. 8.

Struvius Burchardus & Buder Christianus in Bibliotheca Historica Selecta pag. 954. & *seqq. item pag.* 1057. & *seqq. Jenæ* 1740. 8*vo.*

Struvius Burchardus in Bibliotheca juris Selecta Cap. XIV. §. VII. Jenæ 1725. 8*vo.*

d. *Goldastus in Appendice Documentorum cum supplemento ante relata.*

Balbinus Lib. VI. & VIII. Miscellaneorum Historicorum Regni Bohemiæ Decadis Primæ.

Lunigius Christianus, etsi & in aliis voluminibus suarum collectionum complura exhibeat Diplomata, ad Regnum Bohemiæ spectantia, plurima tamen refert in Parte Speciali des teutschen Kriegs-*Archivs Continuationis I.* Erste Fortsetzung. *Lipsiæ* 1711. *fol.*

e. *Georgisch, Petrus, in Regestis Chronologico-Diplomaticis. Tom. III. Francof. & Lipsiæ* 1740—1742. *fol. quæ ut facilius reperias, consule ejusdem Indicem Alphabeticum in tomos tres Regestorum. ver. Böhmen, Eger. Glatz & Prag. Halæ Magdeb.* 1744. *fol.*

f. *Monnoies en Argent, qui composent une des differentes Parties du Cabinet de S. M. L'Empereur depuis les plus grandes Pieces, jusqv' av Florin inclusivement. Vienne* 1756. *fol.*

ad pag. 40



Philipp Gütl sculpsit Viennæ.

Monnoies en Or, qui composent une des differentes Parties du Cabinet de S. M. L' Empereur depuis les plus grandes Pieces, jusqu' aux plus petites. Vienne 1759. fol.

g. *Anonymi* Neueröfnetes Groschen-Cabinet, erster Band. *pag.* 144. & *seqq. Lipsiæ* 1749. 8*vo*.

Pluribus in locis numos, Bohemiam spectantes, repræsentat, Johannes David Köhler in Historischen Münz-Belustigungen. Nürnberg von Jahr 1729 — 1750. *XXII.* Theile. 4*to*.

PARS

Monnoies en Or, qui composent une des differentes Parties du Cabinet de S. M. L' Empereur depuis les plus grandes Pieces, jusqu' aux plus petites. Vienne 1759. *fol.*

g. *Anonymi* Neueröfnetes Groschen-Cabinet, erster Band. *pag.* 144. & *seqq. Lipsiæ* 1749. 8*vo.*

Pluribus in locis numos, Bohemiam spectantes, repræsentat, Johannes David Köhler in Historischen Münz-Belustigungen. Nürnberg von Jahr 1729 — 1750. *XXII.* Theile. 4*to.*



Philipp Güll sculpsit Viennæ.

PARS SECUNDA
DE
NOTITIA GEOGRAPHICA REGNI BOHEMIÆ.

CAPUT I.
DE
NOMINE, FIGURA, LIMITIBUS ET AMPLITUDINE BOHEMIÆ.

EAM Europæ partem, cujus Scriptores huc uſque recenſui, & poſthac etiam Geographicam notitiam ſum daturus, olim, ubi Germania, adhuc libera, in plures diſtinguebatur Reſpublicas, in Hercinia fuiſſe, & ab eadem nomen ſuum accepiſſe, nemo in veteri Geographia verſatus (a) inficiabitur. Sexto ante Chriſtum natum ſæculo, amiſſis prioribus incolis, quos Hermiones, ſeu Hermunduros, fuiſſe (b) videbimus, novum nomen a Bojis, eam ingredientibus, & etiam inhabitantibus, ſortita eſt, a Scriptoribus ideo jam *Bojohemia*, jam *Bojohemum*, quaſi *Bojheim*, aut *Bojerheim*, ſeu patriam ſedem, & Bojorum domicilium diceres, (c) nominata. Etſi ve- *Bohemiæ nomen a Bojis.*

ro etiam Bojis, pulſis a Marcomannis, his a Slavis, ſeu Venedis, diu hic commorari non licuerit, Bojohemorum tamen nomen identidem permanſit; unde etiamnum regio iſthæc, rejectis nonnullis literis, *Bohemia* aut *Bojemia*, Germanis *Böheim*, *Böhmen*, aut *Böhemer-Land*, Gallis *la Boheme*, Hiſpanis *la Boemia*, Italis *la Bohemia* (d) audit: ſoli Bohemi, & Gentes, cum iisdem lingua Slavica utentes, eam a quodam e Croatia profugo Czecho, *Czechiam*, labio patrio *Cszeska Zemie*, appellant.

Repræſentatur ſub roſæ figura. Quemadmodum vero & judices, & Duces, ac Reges, in Bohemiæ Principes per vices aſſumptos fuiſſe, ſuo loco (e) intelligemus; ita etiam jam Provinciæ, jam Ducatus, jam Regni, jam etiam, aliis accedentibus Provinciis, maxime Sileſia, Moravia & Luſatia, Coronæ Bohemiæ nomine nuncupabatur. Regni duntaxat, & quidem illius, quod Luxemburgici Imperatoris Caroli IV. & Regis, temporibus ſpectabatur, hodie ſupereſt, & Bohemiæ nomine compellatur, figuram exhibituro placet præ ceteris illa, qua celeberrimus ejusdem Scriptor, Bohuslaus Balbinus (f) ſub roſæ imagine, maxima ſui parte ab Hercynio nemore, interjectisque præruptis alpibus circumvallata, eam repræſentavit: alia ſi tibi arridet, per me licet, effinge, aut laudatum Balbinum (g) ideo conſule.

Limites ejusdem, Depicta ita, aut verius indicata, Regni effigie, propius jam accedamus, & oculis, una in adjectam Tabulam Geographicam conjectis, ipſos limites diſpiciamus. Qua orientem hi ſpectant ſolem, Ducatus Sileſiæ partem & Moraviæ Marchionatum contingunt: qua meridiem reſpiciunt, parte ejusdem Moraviæ, tum Auſtriæ Archiducatu, & Paſſavienſis Principis atque Epiſcopi ditione circumſcribuntur: qua occiduo objiciuntur ſoli, ab Electoratu Bavariæ, Superiore Palatinatu, Marchionatu Culmbacenſi & Voitlandia attinguntur: demum qua ſeptem trionibus obvertuntur, parte Misniæ & Luſatiæ Superioris, quin & ipſius Sileſiæ, clauduntur. Diſtinctius hæc perſequar, ubi ſingulas Provincias (Diſtrictus & Circulos alii dicunt) recenſuero.

Et Amplitudo. Amplitudinem Bohemiæ Geographi & Hiſtorici variam ſtatuunt, ut nimirum aliam & aliam longitudinem, & latitudinem maximam eidem attribuunt. Paulus Stranskius (h) illam quadraginta, hanc quinque ſupra triginta lapidum, ſeu milliarium, decernit, atque inde ambitum totius Regni centum & viginti milliarium invenit. Balbinus (i) longitudinem maximam Mittelwaldum uſque, excluſo adeo comitatu Glacenſi, milliarium, ut ait, grandium (Bohemica puto intelligi) triginta octo: latitudinem, etiam ſummam, ex Hanſpach, loco Boreæ maxime obverſo, Freyſtadium usque, Auſtriæ urbeculam, triginta quatuor definit, & omnem ambitum centum & decem

decem milliarium constituit; unde Büschingius, celebris hodie Geographus, aream milliarium quadratorum, nongentorum prope(k) eruerit. Mappam Chorographicam Mülleri ex accurata, ut ipse Autor profitetur, totius Regni perlustratione, & Geometricis dimensionibus descriptam, & a Johanne Wolffgango Wieland in minorem formam reductam, si consulamus, longitudinem summam Hochberga, Culmbacensis Marchionatus urbe, & extremis Bohemiæ finibus ad occidentem solem respondente, usque ad Glacensis Comitatus extremos terminos, quibus limites, Silesiam a Moravia separantes, continguntur, reperiemus milliarium Bohemicorum, aut etiam horariorum, in subjecta scala descriptorum, illorum octo & triginta; horum, (cum bina in uno Bohemico contineantur) sex & septuaginta. Latitudinem, si quæramus ab extimis Litomericensis Provinciæ finibus fere Freystadium usque protensam, deprehendemus eorundem milliarium Bohemicorum, triginta, horariorum sexaginta. Si jam Bohemiæ effigiem, rotundæ proximam, assumamus, & Geometrarum insistamus principiis, ambitum inveniemus prope centum & septem milliarium Bohemicorum, ducentorum & quatuor horariorum; atque inde area illorum nongentorum, & novem; horum ter mille sexcentorum & sex supra triginta, attamen quadratorum, conficietur. Quantum vero hac ratione (puta si Bohemiæ figuram, rotundæ proximam, statuamus) exerretur, deprehendet quisque, ubi quadratorum reticulorum ope, ipsi mappæ, qua Bohemiam refert, applicandorum, vix duo supra sexcenta & octoginta Bohemica, horaria vero bis mille septingenta & viginti octo milliaria quadrata eliciet.

a *Videatur Philippus Cluverius Introductionis Geographicæ. Lib. III. cap. 3. pag. 117. & Christophorus Cellarius in Notitia orbis Antiqui Lib. II. cap. 5. pag. 483. & seq.*

b *Parte VIII. hujus operis.*

c *Videatur Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I. cap. 24. Tacitus de moribus Germanorum c. 28. Balbinus Miscell. Hist. Boh. Dec. I. Lib. II. Cap. I. Freherus in Præfat. ad Script. Rer. Boh.*

d *Vincentius Coronelli in Regnorum, Civitatum ac quorumque locorum Orbis terrarum Nominibus v. Bohemia.*

e *Parte VIII. hujus operis.*

f. *Balbinus ad initium Lib. I. Epit. Hist. Rer. Boh.*

g. *Balbinus Miscell. Hist. Boh. Dec. I. Lib. I. cap. I.*

h. *Paulus Stranskius Reipublicæ Bojemæ. Cap. I.*

i. *Balbinus Miscell. Hist. Boh. Dec. I. Lib. I. C. 2.*

k. *Büsching* Neue Erdbeschreibung dritter Theil. pag. 100.

CAPUT II.

DE MAPPIS GEOGRAPHICIS BOHEMIÆ ADHUC EDITIS.

Chartæ Geographicæ Regni Bohemiæ quadruplicis generis.

UT quædam ex iis, quæ consequentur, non solum clarius intelligantur, sed etiam oculis ipsis, in adnexas tabulas conjectis, spectari possint, necesse est, ut jam de Mappis Geographicis Regni Bohemiæ, & primum de iis, quæ hucusque sunt procusæ, quædam adferamus. Plurimæ illarum binis ultimis sæculis sunt effictæ: jam enim Bohemia una, eademque in tabula cum Germania, & quidem quam frequentissime, exhibetur; jam cum adsitis, olim etiam adscriptis, Provinciis Lusatia, Silesia & Moravia, repræsentatur; aut etiam solum cum Glacensi Comitatu & Egrana Regione, vel denique partes ejusdem duntaxat singillatim proponuntur.

Tria solum hic recensentur, & potissimum ex collectione Molliana.

Seriem harum dum persequor, mitto illas, quas primum recensui, & ab alio, qui res Germaniæ pertractaturus est, aptius describentur. Posteriores dum refero, ante omnia gratum meum & devinctum animum, quem gero, etiam palam testari cupio Illustrissimo Viro, non minus a muniis, quam præcellente eruditione clarissimo, Domino Bernardo Paulo de Moll, Serenissimo Principi Brunsvico-Quelpherbytano ab intimis consiliis & ad Aulam Cæsaream Delegato, qui, pro suo in res literarias ardore & exquisita in omnes humanitate, amplissimam suam Chartarum Geographicarum collectionem non solum patere, sed eandem etiam ipse mihi explicare voluit, non pauca alia ad præsentem efformandam notitiam adjumenta sufficiens.

Primi generis, quo Bohemia cum adsitis Provinciis repræsentatur.

Inde igitur, ex Eberhardo Haubero (a) & aliis subsidiis, quod sciam, omnium primus Bohemiæ Regnum cum adsitis Provinciis Parisiis anno 1680. æri incisum, & uno in folio exhibuit Regius Geographus, Nicolaus Sanson. Hunc mox alii, & fere solum describendo, sunt consecuti, & in Galliis quidem Hubertus Jaillot, Petrus du Val & Johannes Baptista Nolin: in Belgio Petrus Schenck, Fridericus de Witt, pater, filius & nepos; Nicolaus Vischer itidem pater & filius, Gerardus Valck, Justus Danckert cum filiis Iustino, Theodoreto & Cornelio, de Ram, Johannes Convens & Mortier: in Germania Johannes Baptista Homannus, Matthæus Seütter, Michaël Kauffer in *Atlante Köbleri*, & Johannes Georgius Schreiber in *Itinerario*. Paren-

Parentis Nicolai labores emendavit, & in binis amplis foliis repræsentavit Guilielmus Sanfon. Ubi magna Mülleri de Regno Bohemiæ Mappa in lucem emiſſa fuiſſet, majus quid, hac in ſubſidium aſſumpta, in Gallis anno 1742. præſtitit Dominus la Rouge, & in Germania anno 1748. Tobias Majerus, Mathematicarum Diſciplinarum cultor aſſiduus, qui *Regni Bohemiæ, Ducatus Sileſiæ, Marchionatus Moraviæ & Luſatiæ Tabulam Generalem ex menſurationibus Geodeticis Mülleri, Wielandii, aliorumque, ad normam obſervationum Aſtronomicarum adaptatis, deprompt am & deſignatam, edentibus Homannianis Hæredibus*, publicam fecit.

Alterius Generis, ex quo jam expoſitum etiam deſumptum fuerit, mea ex notitia primam, etſi valde informem, in lucem protulit Sebaſtianus Münſterus in *Coſmographia* ſua, primum idiomate Germanico anno 1543. edita. In hac, ut laudatus Hauberus (b) jam advertit, incolas, quos calicis uſus tum a ceteris diſtinxerat, notat. Felicius quid ſuſcepit Johannes Criginger, qui *Chorographiam Bohemiæ*, Pragæ anno 1568. (c) excuſam, perfecit, annis duobus poſt ab Abrahamo Ortelio in *Theatrum Orbis Terrarum* relatam, quem mox æmulatus eſt Gerardus Mercator in *Atlante*, a Jodoco Hondio anno 1605 terminato, & Johannes Ravius in *Coſmographia*, Geographicis tabulis a Johanne Büſſemacher & Mathia Quade Francofurti ad Mœnum anno 1624. aucta. Crigingerum aliquantum correxit Petrus Kerius, aliis Cœlator, charta Geographica, ſcalpro Johannis Janſonii anno 1618. (d) effićta. Secutus eſt anno proxime ſequente Paulus Aretinus, ex cujus tabula Büſchingius (e) numerum urbium init, ipſam tamen videre adhuc non licuit. In eadem hæc tempora rejici poſſe videtur nova mappa Davidis Cuſtodis: ſucceſſit Everhardus Cloppenburgius in *Nova deſcriptione Regni Bohemiæ*, a Coronellio laudata, & a Johanne Janſonio & Johanne Blaeu (f) in ære depicta: fortaſſis hæc ipſa illa, quam Blavius poſtmodum (g) operi ſuo adjecit. Tabula Chorographica Bohemiæ, tum etiam ab Ægidio Sadeler, Cæſareo & Regio Pragenſi Chalcographo, adornata, omnium ad hoc uſque tempus editarum optima, fere ab omnibus conſequentibus Geographis, uſque ad initium Sæculi, quod vivimus, in prototypum aſſumpta fuit, & in Galliis quidem ſuas ad illius normam effinxerunt Nicolaus Sanſon, Hubertus Jaillot & Johannes Baptiſta Nolin: in Belgio Blavii, Janſonii, Waesbergii, Wittii, Viſcheri, Danckertii, de Ram & Petrus Vander Aa: in Germania, adjectis quibusdam acceſſionibus, Jacobus Sandrart & Johannes Zieger ſunt imitati: ille etiam Scenographiam præcipuarum Bohemiæ urbium & indicem locorum; hic icones omnium in ea uſque ad Leopoldum Magnum imperantium Principum in limbis depinxit. Jam anno 1661. Johannes Jaroslaus Ctibor de Löw Pragæ, opera Caſ-

Alterius generis, quo Bohemia ſola exhibetur.

m pari

pari Wussin, novam æri incidit, cui & alteram, Milliometricam puta, distantiis urbium & locorum aliorum a Praga Metropoli definiendis destinatam, adjunxit, inscripsitque Leopoldo Augusto Cæsari & Regi: annis triginta post, etiam elegantem, Romæ in orbem emisit Jacobus Cantelius de Vignola. Atque horum e laboribus Matthæus Seütter, & Christophorus Weigelius cum aliis Chartas suas Geographicas & majores, & minores dictaverint. Novi quid & laude sua dignissimum sæculi labentis anno duodecimo suscepit non ignobilis Regni Bohemiæ Scriptor & Chorographus, Reverendus P. Mauritius Vogten, Regiscurianus in Graabfeld, Sac. & Cel. Ord. Cist. Plasii Professus, in nitida adumbratione Regni, quam, Norimbergæ a Johanne Zieger effictam, libro suo (h) præfixit.

Novas hoc accipit accessiones e laboribus Mülleri. Majora post hæc res Geographica Bohemiæ accepit incrementa. Omnium decessorum labores multum superavit Illustris ac Celeberrimus Architectus Militaris ac Geometra, Johannes Christophorus Müller Norimbergensis. Huic Inclyti Bohemiæ Regni Proceres anno decimo quarto, quo, probante etiam Cæsare & Rege, Carolo VI. Augusto, novam Provinciarum, seu, ut ajunt, Districtuum, aut Circulorum, partitionem iniverant, Regnum omne dimetiendum, & in Chartis describendum (i) commiserant: quam provinciam is non solum acceptavit, sed etiam, sex annorum spatio, ex erudito suo otio prægrandem illam Regni Bohemiæ perfecit effigiem, qua majorem ad hoc usque tempus (Sinensis Imperii Tabulam, Pekini elaboratam, si demas) videre necdum licuit, & Illustribus Regni Ordinibus viginti quatuor Rhenensium numorum millibus (k) stetit. Encarpos, Pragensem pontem cum imminentibus Regni Tutelaribus, fluviorum genios, fodinas atque alias dotes repræsentantes, effinxit Wenceslaus Reinner, & Johannes Daniel Hertz, Augustanus; ipsam denique mappam, ut & binas sequentes, in laminis cupreis depinxit Michael Kauffer, etiam Augustanus, hac in ora adjecta epigraphe: *Mappa Geographica Regni Bohemiæ; in duodecim circulos divisæ, cum Comitatu Glacensi & Districtu Egerano, adjunctis circumjacentium Regionum partibus conterminis, ex accurata totius Regni perlustratione, & Geometrica dimensione, omnibus, ut par est, numeris absoluta, & ad usum commodum, nec non omnia & singula distinctius cognoscenda XXV. Sectionibus exhibita a Johanne Christophoro Müller, S. C. M. Capitan. & Ingen. A. C. M. DCC. XX.* Præclara hac in Mappa laudatus Regni Geographus non solum probe ipsius Regni limites ab adjacentibus Regni Provinciis distinguit, sed etiam terminos singularum duodecim Provinciarum, in ipso Bohemiæ Regno contentarum, Comitatus Glacensis & Egranæ Regionis gnave indicat; quin variorum signorum ope-

res

res quam plurimas, & minutas, etiam a nobis adferendas, declarat: utinam & locis singulis, quæ characteribus suis distinguit, nomina etiam sua ubique addidisset! Autor ipsus, missis compluribus, eandem hanc mappam postmodum minorem in formam redegit, eique titulum, ex quo disces cetera, præfixit: *Regni Bohemiæ, in duodecim Circulos divisæ, cum Comitatu Glacensi & Districtu Egerano Conspectus Generalis, cujus Sectiones XXV. uti hic in minori forma repræsentantur, ita singulæ seorsim, totidem æneis laminis insculptæ, tabulæque præsentis magnitudinem habentes, specialissima quæque totius Regni accurate & distincte oculis spectanda exhibent. Opus ex Geometricis dimensionibus & accurata totius Regni perlustratione concinnatum a Johanne Christophoro Müller &c.* Cum vero minori hac forma loca quamplurima prætermitterentur, & major illa a quam paucissimis, etiam propter majus pretium, hodie ad duodecim Rhenenses nummos (l) minutum, haberi posset, utrique industria sua consuluit optime Johannes Wolffgangus Wieland, Procenturio & Architectus Militaris, qui amplam Mülleri mappam per totidem, ac ille, attamen duobus fere trientibus minores, sectiones distribuit, atque locis fere omnibus, & iisdem etiam servatis encarpis, inscripsit: *Mappa Chorographica novissima & completissima totius Regni Bohemiæ, in duodecim circulos divisæ, cum Comitatu Glacensi & Districtu Egrano, adjunctis circumjacentium Regionum partibus conterminis, ex accurata totius Regni perlustratione, & Geometrica dimensione, Mandato Cæsareo instituta, in hanc formam redacta, & ad usum commodum, nec non omnia & singula distinctius cognoscenda XXV. Sectionibus exhibita a Joh. Christoph. Müller &c. A. C. M. DCC. XX. hanc in formam reducta a Joh. Wolffg. Wieland 1726. &c.*

Evulgatis tribus his Geographicis Chartis, jam descriptis, alii etiam Geographi suas ad earum normam expresserunt. Primi hic veniunt Homannini Hæredes, hodie in Germania celebratissimi, qui Mülleri mappam, secundo loco laudatam, multis partibus, si adjacentes Bohemiæ Provincias, ipsamque longitudinem & latitudinem Geographicam consideres, emendarunt, & luci publicæ commiserunt, hac fronti præmissa inscriptione: *Bohemiæ Regnum, in XII. circulos divisum, cum Comitatu Glacensi & Distr. Egerano ceterisque circumjacentibus terris, ex Müllerianis aliisque Chorographicis subsidiis delineatum*; quin in quibusdam ectypis, variorum colorum ope, & illud præstiterunt, ut non solum hodierna, sed & prior illa Regni in XV. Provincias divisio inde legi possit. Non minus præclare, ac nitide horum nuper pressit vestigia Augustæ Vindelicorum Tobias Conradus Lotter in *Mappa Geographica totius Regni Bohemiæ, in XII. circulos divisæ, annexis Comitatu Glacensi & districtu Egerano, nec non aliis Principatibus finitimis, noviter & exactissime elaborata*: etiam Johannes Jacobus

Quos alii suis in Mappis sectantur

cobus Lidl, Scalptor Viennensis, iteratis vicibus, iisdem ex adjumentis Regni Bohemiæ Geographicas Chartas emisit, quarum uni etiam syllabum omnium in ea occurrentium locorum apposuit. Amplam vero Mülleri mappam in forma minori, qualem jam omnes, aut certe pleræque Homannianæ tabulæ præseferunt, elegantissime, iisdem servatis encarpis, & in subsidium accitis Homannianorum Hæredum emendationibus, in Belgio exhibuerunt Johannes Convens, & Petrus Mortier, epigraphe ejus hæc est: *Le Royaume de Bohême, divisé en ses douze Cercles, Carte réduite sur celle de XXV. fevilles par Müller.* Accessit his nuper in Galliis Dominus la Rouge, qui imitando & emendando Mülleri labores, Bohemiæ Regnum in ampla tabula, e novem foliis jungenda, repræsentavit. En illius inscriptionem Gallicam: *Carte Chorographique de la Bohême, divisée, en XII. Cercles, avec le Comté de Glatz & le Territoire d' Egra, en neuf Feuilles égales auxt vingt cinq Petites de l' Illustre Müller, dediée, A. S. As. M. Le Comte de Clermont Prince. A Paris M. DCC. LVII.* Laudanda hic quoque venit industria, quam præsente, aut superiore bello in probe exhibendo Martis Theatro in Germania Homanniani Hæredes, in Belgio Convensius & Mortierius impenderant; etsi & horum labores in Galliis superarit R. J. Julien, qui Parte Prima sui novi Theatri Belli (*Nouveau Théatre de la Guerre, ou Atlas Geographique & Militaire*) Parisiis anno 1757. in lucem emissi, Regnum Bohemiæ, in plures distributum Chartas, quam nitidissime depinxit.

Etiam Scriptores. Ex prototypis, & ectypis, hucusque expositis, fortassis etiam alii Geographi, Carolus Allard, Guilielmus de l' Isle, Nicolaus de Fer, David Funck, Franciscus Halma, Petrus Husson, Johannes Luyts, Hermannus Moll, Petrus Mortier, Melchior Tavernier, ceterique, quos Anglia Belgium, Gallia, Germania aut Italia protulit, Chartas Geographicas de Bohemiæ Regno, a me necdum visas, procuderint? Scriptores certe Rerum Geographicarum, aut Topographicarum, P. Philippus Brietius (m) Martinus Zeilerus, (n) P. Bohuslaus Balbinus (o), P. Carolus Granelli (p), P. Henricus Scherer (q), Johannes Leonhardus Rost (r), P. Henricus Niderndorff (s), Autor commentitii nominis (t) Rochezang de Isecern, & nuperus Anonymus (u) Scriptor, pro ætate, qua singuli docta sua monumenta evulgarunt, tabulas suas Chorographicas ex jam indicatis fontibus mutuati sunt.

Tertii generis, quo Bohemiæ partes referuntur. Ad tertium jam genus delabor, quod Tabulas Geographicas de Partibus, seu Provinciis Bohemiæ, singillatim editas complectitur. Primam hic sui memoriam, etsi plerisque tempore posterior, & quam plurimis ignotus, promeretur Johannes Glocksperger, juratus, ut ipsus se nominat, Geometra & Civis Vetero-Regiæ Urbis Pragensis. Hic ut belli Ducum & com-

modis

modis, & compendiis ſtuderet, Regionem Egranam, duodecim Regni Provincias, in quas illud jam diſtributum (x) intelligemus, & Comitatum Glacenſem, ea magnitudine, qua Müllerus illas in amplis ſuis XXV. Sectionibus exhibuit, in totidem diſtinctis foliis repræſentavit. Licuit illas, etſi rariſſimas, non ſolum intueri, ſed etiam gratia Illuſtriſſimi Domini, Johannis Antonii Comitis a Schaffgotſche, Sac. Cæſ. Reg. & Apoſtolicæ Majeſtati a cubiculis, & Equeſtris Legionis Tribuni, cujus ab inſigni benevolentia alia quoque accepi documenta, iisdem in menſes complures uti. Egranum & Cubitenſe territorium depinxit M. A. F. Zürner, & anno 1715. excudit Petrus Schenk; inde & Matthæus Seütter, & Chriſtophorus Weigelius. Adſcitis in ſuppetias prototypis Müllerianis utrumque a mendis anno 1742. repurgarunt Homanniani Hæredes, qui iisdem ex documentis, & eodem anno, Pragam metropolim cum adſita regione repræſentarunt, rurſus ſui imitatores (ſi non deceſſores) nacti Matthæum Seütter, & Johannem Jacobum Lidl, Viennenſem. Glacenſem Comitatum jam ſæculo ſuperiore deſcripſit Jonas Scultetus, & æri incidit Johannes Blavius (y): eundem ex autographis delineationibus, ut ipſe declarat, deprompſit Tobias Majer, & anno 1747. excuderunt Homanniani Hæredes, pro ſuis in rem Geographicam meritis a nobis ſæpius celebrati. Aliarum ſingularium partium Chartæ Chorographicæ, aut Topographicæ Regni Bohemiæ aptius Parte tertia, aut quarta, vel etiam octava enumerabuntur, ubi & diverſorum locorum Orthographias & Ichnographias, quarum ante (z) non meminimus, recenſebimus.

a. *In Opuſculo, quod inſcripſit:* Nutzlicher *Diſcours* von dem gegenwärtigen Zuſtand der Geographie.

b. In der Verzeichnuß der Land-Charten *§. XI. pag. mihi* 216.

c. *Vincentius Coronelli in Regnorum, Civitatum, ac quorumcunque locorum Orbis Terrarum Nominibus. v. Bohemia.*

d. *Idem eodem loco.*

e, *Büſchingius* in der Neuen Erd-Beſchreibung drittem Theil. *pag. mihi* 104.

f. *Coronellius V. Bohemia.*

g. *Geographiæ Blavianæ Volumen Tertium, quo Germania, quæ eſt Europæ Liber VIII. continetur. Amſt.* 1642. *pag.* 25. *& ſeqq.*

h. Das jetzt lebende Böhmen.

i. *Vide Caput IV. hujus Partis.*

k. *Joh. Georgius Keyſsler* in den Neueſten Reiſen ꝛc. *mihi pag.* 1288. & Europäiſche Staats- und Reiſe-Geographie *T. I. pag.* 11.

l. *Eadem hic.*

m. *Tomo II. Parallelorum Geographiæ Veteris & Novæ.*

n. *in Topographia Bohemiæ, quam quidam falso faciunt Meriani; hic enim solum icones ad eandem apparavit.*

o. *in Rosa Bohemiæ, quam a Christiano Vetter inventam, & a Kiliano æri incisam, præfixit ante Epitomen Historicam Rerum Bohemicarum.*

p. *in Germaniæ Austriacæ Parte altera, ad quam Tabulas Geographicas, Viennæ a Jo. A. Pfeffel & C. Engelbrecht excusas, adaptavit P. Aegidius Dornigk e Soc. JEsu, Vir & a pietate, & cultis per annos complures mansuetioribus Musis in Provincia Austriaca notissimus.*

q. *in Atlante Novo, seu Geographia Universali: item in Atlante Mariano.*

r. *in Atlante Portatili Terrestri.*

s. *in Geographia Speciali.*

t. *in Libro, quem inscripsit:* Historische und Geographische Beschreibung des Königreichs Böhmen.

u. Neue Europäische Staats- und Reise-Geographie *Lib. I.*

x. *Cap. IV. hujus Partis secundæ.*

y. *vide Geographicam Blavianam Lib. VIII. pag. 41.*

z. *in Syllabo Scriptorum Rerum Bohemicarum.*

CAPUT III.

DE MAPPIS GEOGRAPHICIS, HUIC OPERI ADNEXIS.

Primum exhibetur Mappa Totius Regni ex typis Müllerianis desumta,

QUæ in re Geographica Regni Bohemiæ ad hoc usque tempus sint præstita, intelleximus; jam & de Tabulis Geographicis, huic operi adnectendis, quædam animadvertenda veniunt. Primum ad caput primum Partis Secundæ exhibetur *Mappa Geographica totius Regni Bohemiæ, in XII. Provincias divisæ, adjunctis Comitatu Glacensi, Regione Egrana, & limitibus finitimarum Provinciarum.* Ipsam si spectes Regni effigiem, qua loca singula, eorundem inter se distantia, nomina & termini adstruuntur, desumpta est ex typis Müllerianis, ante secundo loco laudatis. Quis enim hos post accuratam totius Regni perlustrationem, & Geometricas dimensiones, quas a se susceptas fuisse Autor perhibet, non assumat, nisi ipsus amplius quid per Trigonome-

nometricas dimensiones, & complures, diversis in locis institutas, Astronomicas observationes præstandi opportunitatem habeat? His cum mihi vacare non licuerit, aliorum premam vestigia, & Mülleri labores parte, qua dixi, mihi in normam præstituam: finitimarum Provinciarum loca præeligere libuit ex tabulis Homannianorum Hæredum, quas novissime de iisdem in lucem procuderunt; etsi & harum aliquas summa cura elaboratas non esse perhibeat Büschingius. (a)

Longitudine & Latitudine petita ex Astronomicis observationibus.

Ea, quæ ex Cosmographicis dependent legibus, certioribus e fontibus petenda, & hic etiam declaranda existimavi. Erat in votis, & ideo etiam coram, & per literas actum, ut, unde sperari poterat, & Longitudo & Latitudo Geographica, saltem Pragensis Metropolis, non solum ex recentissimis Astronomicis observationibus definiretur, sed utraque, iisdem hic etiam adscriptis, firmaretur. Verum Cœlum mihi, & amico meo, qui datam fidem lubens solvisset, nuper elapsa hyeme semper adversum, vota mea vana & irrita reddidit: quæ subsidia porro adhibuerim, paucis dabo. Primum Meridianum assumpsi eundem, quo jam plerique Geographorum non solum in recens editis Bohemiæ, sed & aliarum Provinciarum mappis utuntur, qui nempe a Parisino præcise viginti gradibus (non vero 19°. 54′ ut novissimum Calendarium (b) Academiæ Scientiarum Parisinæ adstruit) in occidentem recedat, ducaturque per litus occidentale Insulæ Ferri, quæ e Canariis una, ad occasum postrema. Jam ex Ephemeridibus, ad Meridianum Vindobonensem a Cel. Cæsareo - Regio Universitatis Astronomo, P. Maximiliano Hell e Societate JEsu, constructis, (c) edoceor, Viennam Austriæ præ Lutetiis Parisiorum amplius in ortum abire 14°. 2′. 30″. atque ita a Ferri Insula removeri 34°. 2′. 30″. In iisdem ex observationibus (d) Tychonis Brahei etiam notatur, Pragam præ Vienna ad Solem occiduum magis accedere (e) 1°. 37′. 30″, quæ si subducas, & assumptis inhæreas principiis, Pragensis Metropolis Longitudinem Geographicam consequeris 32°. 25′. diversam utique ab illa, qua adstruunt Müllerus 35°, Homanniani Hæredes, & cum illis Tobias Conradus Lotter 32°. 28′ & Dominus La Rouge 32°. 8′ (f) Pragam a primo Meridiano distare; etsi postremi non multum augeant, aut minuant, fortassis etiam eorum aliquis præ me propius ad veram accedat. Major in statuenda Pragæ Latitudine, seu Elevatione Poli, est consensus, quam rursus cum Tychone de Brahe (g) urbi Pragensi inscribo 50°. 4′. 30″.

Maxima extremorum Re-

Constituta ita Metropolis Longitudine, pro extremis limitibus in ortum protensis, ad mentem optimorum Geographorum (ne cum aliis plus

gni limitum Longitudo & Latitudo.

justo attribuam, aut cum Domino La Rouge detraham; adjungo $2^{\circ}. 40'$. illis vero in occasum $2^{\circ}. 18'$; unde maxima Bohemiæ Longitudo erit $35^{\circ}. 5'$, minima contra $30^{\circ}. 7'$. Pari modo & Latitudinem Borealem maximam $51^{\circ}. 5'. 30''$., Australem vero $48^{\circ}. 30'. 30''$. reperiemus.

Parte tertia singulæ in totidem mappis repræsentantur Provinciæ, iisdem ex fontibus desumptæ.

Post generalem Regni Bohemiæ mappam, ex subsidiis adhuc expositis descriptam, exhibebuntur Parte tertia, seu in Notitia Chorographica, tabulæ duodecim, Regionem Egranam, duodecim Provincias, Satecensem nimirum, Pilsnensem, Prachinensem, Beraunenscm, Rahonitzensem, Litomericensem, Boleslaviensem, Kaurzimensem, Bechinensem, Czaslaviensem, Chrudimensem & Reginohradecensem cum Comitatu Glacensi proposituræ. Desumptæ sunt hæ etiam ex Mappa Mülleriana, attamen illa, quam a Wielandio in minore forma effictam (h) audivimus. Nulla iisdem jam inscripta est longitudo, aut latitudo Geographica; tum quod utraque ex mappa totius Regni facile peti possit; tum quod locus ita relinquatur, hanc & illam, ubi primum hoc volumen secundis curis alteri adjungendum fuerit, ex observatis compluribus Satellitum Jovis, & etiam Lunæ defectionibus; tum ex solis meridiani, & Cynosuræ culminantis altitudine repertam inscribendi. Encarpi, ad singulas additi, ut in prima totius Regni, ita hic singularum Provinciarum, præcipuas dotes & prærogativas repræsentant: reticula denique illa, quorum singula, ubi sunt integra, milliare quadratum Bohemicum in se complectuntur, cum literis adscriptis ad loca quæcunque, ope syllabi, in fine operis subjiciendi & declarandi, citius invenienda servient. Chalcographi incuria (ne culpam acerbiore, attamen condigno compellem nomine) mihi, credo & Lectoribus meis, ingratissimam hic imposuit necessitatem: petebantur ab illo tabulæ inter se, si binas ampliorum Provinciarum demas, æquales, & formæ in charta præstitutæ respondentes: ille horum omnium oblitus, laminas cupreas non solum inæquales, sed etiam plus justo minores effinxit, suoque vivens arbitrio, jam aliquot in iisdem, me inscio, incidit Provincias. Has cum revidendas & emendandas offerret, locum non reperi, in quo pro more longitudinis & latitudinis Geographicæ gradus, aut alii etiam characteres exararentur. Re ita non amplius integra, modus eligendus erat, qui unus supererat, & in charta servatus cernitur; ne secus labor, sane quam molestus, conscribendo syllabo jam impensus, in irritum caderet, & una Lectores beneficio, quod illis hac in opella gratissimum futurum existimavi, fraudarentur. Occurrentium fere in singulis mappis tot diversorum signorum, seu characterum

Urbes

Urbes, Oppida, Monasteria, Arces &c. significantium explicationes, ne toties repetantur, distincta in tabula, mox sub initium Partis Tertiæ una cum necessariis milliarium scalis proposui.

Milliarium hic injecta mentione, rem non ingratam, neque a scopo nostro omnino alienam, me præstiturum existimavi, si non solum eorum, quæ nostris in Mappis Geographicis adscripta veniunt, sed & aliorum Europæarum Gentium inter se rationem, quæ frequenter desideratur, hic exponerem. Hoc ut consequar, mensuram, omnibus communem, statuo Aequatoris gradum, quem Galliæ Academici, optimis nixi observationibus, in tellure pedum Parisinorum 343320 (i) compererunt: atque ad hunc maxima parte cum Josepho Hechtio, de re veredaria hodie in terris Austriacis (k) optime merito, exigo milliaria. *Milliarium diversorum inter se ratio.*

	Grad.	Aequat.
Anglica	70.	
Bohemica majora, quibus Müllerus usus est	12.	
Bohemica vulgaria, quæ & Silesiaca nominantur	17.	$\frac{3}{10}$
Danica	12.	
Gallica communia, quæ passim Leucæ Francicæ appellantur	25.	
Gallica minora	30.	
Gallica, in Provincia, Aquitania & Delphinatu recepta	18.	
Germanica Magna, quorum unum continet Ped. Parif. 22888.	15.	
Germanica media	18.	
Germanica minima	20.	
Germanica in viis publicis Austriacis, unum 4000. Hexap. Vien.	14.	$\frac{1642}{2235}$
Helvetica	11.	
Hibernica	48.	
Hispanica magna	10.	
Hispanica communia	12.	
Hungarica in parte Regni inferiore	10.	
Hungarica in parte Regni superiore	15.	
Italica	60.	
Lusitanica magna	10.	
Lusitanica communia	12.	
Moscovitica, Vorstæ appellata	105.	
Polonica communia	20.	
Polonica in Podolia	13.	
Scotica	50.	

	Grad.	Aequat.
Suecica	12.	
Turcica Europæa	40.	
Ukranica	13.	

Parte quarta Pragæ Ichnographia & Orthographia proponitur.

Quarta hujus voluminis parte, ut & Pragenæ Urbis descriptio distinctius Lectorum oculis objiceretur, ejusdem & Ichnographiam & Orthographiam referre libuit: utraque ex tabulis, occasione superioris & præsentis belli excusis, quas cum aliis de Praga acturi etiam recensebimus, desumpta fuit. Huic loca omnia, quæ Metropolim proxime ambiunt, apposuimus, ut ita neque jam, neque parte octava, qua præliorum, atque adeo etiam obsidionum, ad principem hanc urbem unquam susceptarum, historiam breviter enarrabimus, porro quid desiderari possit, quin ea ipsa parte novam totius Regni Bohemiæ mappam, Hydrographicam, Cursoriam & Polemicam inscribendam, producemus, in qua præter fluvios, etiam minores, illa solum loca exprimentur, quæ vel ad vias publicas, vel ad prælia commissa, aut obsessas urbes quidquam fecerint. Atque hac opportunitate locus etiam dabitur veram constituendi longitudinem & latitudinem Geographicam, quam tantisper a Clarissimo Pragensi Astronomo me consecuturum confido.

a. *Büschings* **Neuer Erdbeschreibung vierter Theil.** *pag.* 653. *& seq.*

b. *Connoissance des Temps pour l' année Bissextile* 1760. *au Meridien de Paris. Table de difference des Meridiens pag.* 141.

c. *Ephemerides Astronomicæ Anni Bissexti, ad Meridianum Vindobonensem jussu Augustorum calculis definitæ a Maximiliano Hell e S. J. Tab. XXXV. pag.* 169. *v. Lutetiæ Parisiorum.*

d. *Vide Joh. Gabr. Doppelmayeri Atlantem Cœlestem Tab. XV. quæ inscribitur: Basis Geographiæ Recentioris Astronomica.*

e. *Laudatæ Ephemerides Astronomicæ P. Maximiliani Hell. Tab. ead. v. Praga.*

f. *In eorundem mappis, cap. superiore enumeratis.*

g. *Doppelmayeri recensita Tabula & Ephemerides P. Hell. Tabula XXXV. col. ult. qua exhibentur latitudines locorum, seu elevationes Poli, v. Praga.*

h. *Cap. II. hujus Partis de Notitia Geographica Regni Bohemiæ.*

i. *Mensuram hanc ex Actis Acad. Scient. Parisinæ passim referunt Scriptores Mathematici.*

k. *Josephi Hecht* **Einleitung zum** *Universal Europæischen* **Post-Recht.** *pag.* 74. *& seq.*

CAPUT

CAPUT IV.

DE PRIORE ET HODIERNA BOHEMIÆ DIVISIONE.

Antiqua Regni Bohemiæ divisio.

BOhemiam, limitibus capite primo expositis circumscriptam, veteres teste (a) Stranskio, aliquando in Przedlabianam ac Zalabianam (melius dixeris Cis-Albinam & Trans-Albinam ab Albi fluvio eam intersecante) & utramque in complures Czudas, seu Territoria sunt partiti: aliquando in Dynastias sive Toparchias, Caurzimanam, Boleslaviensem, & Lucensem, seu Zatecensem dividebant: Wissehradum tamen gentis totius Principi semper cum supremo reservabatur imperio.

Caroli IV. Imp. & Regis divisio in XII. Provincias.

Carolus IV. Imperator, & Rex Bohemiæ, eam in XII. Provincias, seu Districtus, (b) distinxerat. Erant ii: Gurimensis, hodie Kaurzimensis, in quo Praga major; Plsnensis, seu Pilsnensis; Litomericensis, Grecensis, seu Hradecensis, hodie Reginohradecensis; Rakownicensis, ad quem etiam Verona, seu Berauna, referebatur; Chrudimensis, Prachinensis, Slanensis, in quo Praga minor; Boleslaviensis, Zacensis, hodie Satecensis; Czslaviensis & Bechinensis. Nomen suum tulerunt singuli ab urbibus, aut oppidis ejusdem nominis in illis contentis, in quibus Præsides, seu Capitanei, potestate aliqua præfecti, residebant, & annua tributa, quæ *Bernæ Regales* dicebantur, cogebant.

Quibus posterius aliæ duæ accessêrunt.

Post Wenceslai Regis tempora, ut clare ex antiquis documentis contra Stranskium evincit (c) Balbinus, & credibiliter sub Wladislao Rege factum esse existimat, binæ adjectæ sunt Provinciæ Podbrcensis, seu Podbrdensis & Wlataviensis, sic dicta, quod a Moldava, olim Vltava, aut Vultava, alluatur: Pragensis tamen, etsi Stranskius (d) afferat, & eum posteriores Geographiæ Scriptores, etiam nostræ ætatis, fere omnes sequantur, a Gurimensi nunquam erat divisa, sed sero tandem in Comitiis Regni, anno 1569. & 1579. celebratis, Praga Metropolis a Gurimensis Provinciæ Capitanei jurisdictione ita exempta fuit, ut posthac ab aliis tribus, quos Rex veteri, novæ & minori urbi (e) præficeret, regeretur. Missa igitur Provincia Pragensi, ante Caroli VI. tempora censebantur in Bohemia Provinciæ quatuor supra decem, nimirum: *Kaurzimensis, Reginohradecensis, Chrudimensis, Czaslaviensis, Bechinensis, Prachensis, Pilsnensis, Rakownicensis, Slanensis, Zatecensis,*

sis, *Litomericensis*, *Boleslaviensis*, *Bodbrdensis* & *Wltaviensis*, quæ ita etiam, ut plurimum, scribebantur.

Ante jam adjectis aliis tribus Regionibus.

Ad has jam ante Carolum IV. Regem tres aliæ addebantur Regiones, peculiaribus suis institutis viventes, ab ortu Solis Comitatus Glacensis, ab ejusdem occasu territorium Hebanum, seu Egranum, & Loctense, seu Cubitanum (f), quas si cum quibusdam Provincias aut, Districtus compellaveris, non multum repugnabo, & tu ita in priore Bohemiæ divisione universim habebis Provincias septem supra decem.

Nova Partitio Bohemiæ sub Carolo VI. Imp. & Rege in XII. Provincias, Regionem Egranam & Glacensem Comitatum.

Aliam, probante etiam Rege & Cæsare, Carolo VI. Austriaco, inire libuit Regni Ordinibus anno decimo quarto Sæculi, quod vivimus; tum enim, ut adjecta nos edocent documenta ex Codice Illustris Johannis Jacobi de Weingarten, & relationibus Cosmographicis ad annum 1748. (g) huc transcripta, Bohemiæ Regnum iterum in duodecim Provincias, attamen quasdam alias, ac ex mente Regis ac Imperatoris Caroli IV. Lucemburgici constitutas intelleximus, adjecta Regione Egrana & Comitatu Glacensi, distributum fuit. Quæ nova partitio, ut non solum incolis, sed & exteris innotesceret, ideo ex dimensionibus Geometricis prægrandis illa Regni Tabula Geographica, ante a nobis (h) laudata, descripta fuit, & dein etiam ab aliis Geographis, qui Regni hujus mappas procuderant, in normam præstituta; etsi Geographiæ Scriptores, uno aut altero demto, fere omnes in Elementis suis Geographicis antiquam illam Caroli IV. divisionem præ nova amplexi sint. In hac posteriore Provinciæ Reginohradecensis, Boleslaviensis, Pilsnensis, Prachinensis, Bechinensis, Czaslaviensis, Chrudimensis & Litomericensis, ut ante, suis circumscriptæ mansere limitibus: Regio Cubitana primum ad Egranam, dein vero una cum Falckenaviensi accessit ad Satecensem, uti Slanensis ad Rakonitzensem: Podbrdensis cum Wltaviensi in unam Provinciam coaluit, & ab urbe Berauna, Beraunensis nomen accepit: Litomericensis Provincia urbecula Melnik & arce Schopka; Kaurzimensis vero pagis quibusdam, ad castrum Brandeys pertinentibus, minuta fuit, his & illis Boleslaviensi Provinciæ adscriptis. Atque ita fere in singulis urbibus, a quibus nominatæ duodecim Provinciæ *Bechinensis*, *Beraunensis*, *Boleslaviensis*, *Chrudimensis*, *Czaslaviensis*, *Kaurzimensis*, *Litomericensis*, *Pilsnensis*, *Prachinensis*, *Rakonitzensis*, *Reginohradecensis* & *Satecensis* nomen suum sortitæ sunt, totidem Capitanei Provinciales, vulgo Circulares dicti, muneris sui rationes curaturi, præficiebantur.

Quatuor ex his jam bi-

Cum vero posterioribus annis eorundem Capitaneorum curæ augerentur, notaretur etiam ampliorum quarundam Provinciarum, puta Bechinen-

sis

ſis, Pilsnenſis, Reginohradecenſis & Satecenſis, Præſides his non ſuffi- cere, ipſis quoque incolis ideo difficiliorem ad illos acceſſum reddi, annuente & decernente Auguſta, Maria Thereſia, literis publicis, X. Calendas Februarii Anni primi ſupra milleſimum ſeptingenteſimum quinquageſimum Vienna datis, conſtitutum fuit, ut in ſingulis his Provinciis etiam alter adderetur; unde Reginohradecenſis Biczovienſem, Satecenſis Cubitanum, Pilſnenſis Klattavienſem curarum ſocium nactus eſt: Bechinenſis loco ſuo eſt motus, & alter Budvicenſis, alter Taborienſis nomen (i) obtinuit. Igitur etiamnum Bohemiæ Regnum ad mentem Caroli VI. Imperatoris & Regis Auſtriaci, in duodecim Provincias, adjecta Regione Egrana & Comitatu Glacenſi, tribuitur; etſi in Bechinenſi, Pilſnenſi, Reginohradecenſi & Satecenſi bini præponantur Capitanei.

os acceperunt Capitaneos.

Ex Calendario Pragenſi, quod Divi Wenceslai honoribus inſcribitur, & annis ſingulis authoritate publica in lucem emittitur, didici jam in ſingulis Provinciis Capitaneorum muneri ſequentes, illuſtri Equitum, Baronum, aut etiam Comitum ſanguine prognatos, eſſe præpoſitos, quos & honoris conteſtandi, & partitionis initæ declarandæ cauſa, hic recenſeo, ordine ibidem (k) ſervato: in *Provincia Boleslavienſi* præeſt Joſephus Ignatius Raſchin de Rieſenburg: in *Provincia Reginohradecenſi* ex parte Reginohradecii Wenceslaus Wancz'ura Baro de Rzehnitz, ex parte Biczovii Johannes Wenceslaus Lamotte Baro de Frintropp: in *Provincia Chrudimenſi* Johannes Mladota de Solopisk: in *Provincia Czaslavienſi* Wenceslaus Dobrzensky, Baro de Dobrzenitz: in *Provincia Kaurzimenſi* Antonius Clemens Worzikowsky de Kundratitz: in *Provincia Bechinenſi* ex parte Taborii Vincentius Ignatius Wratislaw, Comes de Mitrowitz; ex parte Budvicii Johannes Nedworsky de Brzezi: in *Provincia Prachinenſi* Johannes Martinus Bieſchin de Bieſchin: in *Provincia Pilsnenſi* ex parte Pilſnæ Maximilianus Joſephus Comes Laſchanky; ex parte Klattovii Joſephus Joachimus Schmidtgräbner de Luſtenegg: in *Provincia Satecenſi* ex parte Satecii Antonius Thadæus Audrtzky ab Audrtz; ex parte Cubiti Franciſcus Wenceslaus Haugwitz de Biskupitz: in *Provincia Litomericenſi* Franciſcus Reyſky Baro de Dubnitz: in *Provincia Rakonitzenſi* Carolus Franciſcus Comes Clary: in *Provincia Beraunenſi* Joſephus Adamus Netolitzky Comes ab Eyſenberg.

Enumeratis Provinciis qui nunc præpoſiti?

a. *Reipublicæ Bojemæ Cap.* 2.

b. *Æneas Sylvius Cap. I. & Dubravius Lib. XXII. pag.* 183.

c. *Balbinus Miſcell. Hiſt. Dec. I. Lib. III. Cap.* 3. & 7. *§.* 2.

d. *Stranskius Reipub. Bojemæ Cap.* 2.

e. *Balbinus Loc. cit. pag.* 14. *Col.* 1.

f. *Stranskius & Balbinus loco ante relato.*

g. *Johannes Jacobus de Weingarten in Codice Ferdinandeo - Leopoldino - Josepho - Carolino pag.* 716. & Kosmographische Nachrichten und Sammlungen auf das Jahr 1748. *pag.* 46. *ubi hæc recitantur:*

Carl der VI. von GOttes Gnaden erwählter Römischer Kaiser, auch in Germanien, zu Ungarn und Böheim 2c. 2c.

Hoch- und Wohlgebohrne, und Gestrenge liebe Getreue! Wir ratificiren hiemit allergnädigst das unterm sechzehenden elapsi von euch mit Beystimmung unserer dasigen treugehorsamsten Ständen gehorsamst überschickte Project, Kraft dessen aus verschiedenen Ursachen vorträglich zu seyn erachtet worden, Unser Erb-Königreich Böheim in zwölf Kreise künftig einzutheilen; diesemnach gnädigst befehlende, daß ihr sothanen eurer und Unsrer treugehorsamsten Ständen Vorschlag und Project ad effectum bringen, und was hierzu nöthig, vorkehren, auch sothane neue Eintheilung bey der im Werck begriffenen neuen Mappa des Königreich Böheims in Acht nehmen lassen sollet. Hieran geschicht Unser allergnädigster Wille und Meinung. Geben in Unserer Stadt Wienn dritten Monats-Tag August in siebenzehen Hundert vierzehenden, Unserer Reiche des Römischen in dritten, derer Hispanischen im eilften, und der Hungarisch und Böheimischen im vierten Jahr.

LEOPOLDUS COMES SCHLICK,
R. B. S. Cancellarius.

Ad Mandatum S. C. R. Majestatis
proprium
Frantz Ferdinand Graf Kinsky
Joh. Christoph von Freyenfeld.

Auszug aus dem 1714 jährigen Landtags-Schluß, allwo *pag.* 71. folgendes zu lesen:

In dem übrigen wurde auch von der Eintheilung des Königreichs Böheim in zwölf Kreise

Dreyzehendens von Ihro Kaiserlich-Königlichen Majestät per Clementissimum Rescriptum allermildest angetragen, damit unter andern ob nicht zu Einführung einer bessern Gleichheit in den Kreisamtlichen Occupationibus, und womit die treugehorsamste Landes-Inwohner in ein und anderm Kreise nicht allzuweit von den Kreisgütern entlegen seyn mögen, eine beyläufige Proportion der Distrikte, daß nemlich einer fast so groß als der andere seye, einzuführen, und wie

solche

solche Gleichheit einzurichten wäre, deliberiret werde. Wie nun die jenige ex parte Statuum hierzu Deputirte Ausschuß-Commission dieses heilsame Werk vor die Hand genommen, und was massen das treu devoteste Königreich nach Anzeig des beyliegenden Entwurfs in zwölf Kreise ohne der Königlichen Prager-Städte, und zwar ohne der Beschwerniß und Zerreissung einiger Herrschaften und Güter eingetheilt werden könnte, gutachtlich eröfnet hat; also, und weilen die Stände bey sothaner Eintheilung des Landes Convenienz gefunden: Solchemnach ist auch hierüber die allergnädigste Genehmhaltung erfolget, und hernach in dem Königreich die erforderliche Veranstaltung vorgekehret worden.

Entwurf, wie das Königreich Böheim in zwölf Kreise ohne die Königlichen Prager-Städte eingetheilet worden, als nemlich: der Königgratzer, Bunzlauer, Pilsner, Prachiner, Bechiner, Czaslauer, Chrudimer und Leutmeritzer Kreis ist in dem alten Stande geblieben; hingegen der Elboger ist in dem Egerischen Bezirk, und die Herrschaft Falkenau in dem Satzer, der Schlaner aber in den Rakonitzer Kreis transferiret, und die Königliche Stadt Rakonitz zur Kreis-Stadt angesetzet, nicht weniger der Muldauer mit dem Podbrader Kreise uniret, und zur Kreis-Stadt die Königliche Stadt Beraun stabiliret worden. So ist auch der Kaurzimer Kreis in suo esse zwar verblieben; weilen aber einige zu der Haupt-Herrschaft Brandeis gehörige, hingegen weit entlegene, Dorfschaften in dem Territorio des Bunzlauer Kreises situiret sind, mit obiger Herrschaft aber kein Contiguum haben; als sind gedachte Dorfschaften in dem Bunzlauer Kreise verblieben, und aus dem Kaurzimer Kreis ausgelöschet, einfolgsam auch die in dem Leutmeritzer Kreis gelegene Herrschaft und Stadt Melnick, wie auch Schopka, im erst gemeldten Kreis transferiret worden.

h. *Cap. II. hujus Partis Secundæ.*

i. *Decretum Cæsareo-Regium Vienna 23. Januarii anni 1751. ideo Pragam ad Excelsam Cæsareo-Regiam Repræsentationem datum.*

k. Neuer-Prager-Titulatur und Logiaments-Calender zu Ehren des H. Wenceslai 2c. auf das 1760. Jahr *pag.* 32.

 CAPUT

CAPUT V.
DE
PRÆCIPUIS BOHEMIÆ FLUVIIS.

Bohemiæ fluvii intra Regnum exoriuntur.

BOhemiæ Regnum, maxima saltem sui parte, eminentiore præ adsitis Provinciis loco situm esse, satis, superque, ut Hydraulicarum Legum gnari probe norunt, comprobant copiosiores ejusdem fluvii, qui aut intra ipsam Bohemiam, aut certe in ejusdem limitibus, enascuntur, & jam vel ad Oceanum Septemtrionalem, vel ad Pontum Euxinum, amissis plerumque suis nominibus, deferuntur; unde non nisi ab aquis domesticis, passim ex limpidissimis fontibus per montana scaturientibus, atque jam in complures rivulos, amnes, aut etiam flumina coëuntibus, irrigatur. Pleræque harum varii generis piscibus sunt fœcundæ, nonnullæ etiam conchas margaritiferas, aut aureas arenas volvunt, quibus eluendis superiore ætate multum (a) insudabatur.

Undecim a Geographis maxime notantur.

Illustris Müllerus, & cum illo etiam Wielandius, Convensius atque Mortierius in amplioribus suis Regni Bohemiæ Mappis Geographicis per undecim Genios, in encarpis cum urnis suis depictos, totidem præcipuos fluvios, Albim nimirum, Aupam, Beraunam, Cydlinam, Egram, Isaram, Luschinem, Moldavam, Orlycem, Ottavam, & Sazavam designant, etsi his plures adnumerari possint, & hos ipsos inter magnum sit discrimen.

Inter hos primas tenet Albis, qui plerosque absorbet, & septem Provincias pervagatur.

Principem locum, velut Pater & Rex, ut eum laudatus Balbinus nominat, tenet Albis, Germanis *Elbe*, Bohemis *Labbe*, qui ad fines Reginohradecensis Provinciæ, qua Silesiam contingunt, inter Binos Giganteorum, seu Cerconossiorum, montium, quorum unus *Grosse Sturm-Haube*, vel *Schnee-Kappe*, ad Bohemiam; alter vero, ab humilibus arbusculis *Knieboltz* dictus, ad Jauoriensem Silesiæ Ducatum spectat, exoritur, Schikfusio & Blavio originem ejus ex undecim fontibus (b) repetente, etsi hos inter nobilissimus sit ille, quem jam indicavimus, & apud Geographos *Elbbrunn* nominatur. Hic tum perpetuantium inibi nivium colliquiis, tum aliis scaturiginibus utcunque auctus, descendit, & in interiorem Bohemiam infunditur, atque, ubi profundiorem primum alveum est nactus, Albipoli nomen *Hohenelb* imponit: augetur dein ad Jaromirium Aupa, ex iisdem Giganteis montibus, attamen alio in loco, ortum suum repetente, & Metuge, seu *Metau*, fluviis; mox duplici Aquila (*Orlyce*) salmonum piscatu celebri, ad Reginohradecium; tum Laucz)nam & Chrudimkam ad Pardubiczium exhaurit. Inde converso ad

Aqui-

Aquilonem calle Cydlinam ad Libicium, Milinam (*Drnawa*) ad Nimburgum; Iſaram, itidem ex Cerconoſſiis montibus profluentem, inter Tauſſinium & Brunduſium obvios excipit, atque ita inter compaſcuos lætosque ſaltus Moldavæ ad Melnikum conjungitur. Et vero iſthic, ut & parvo, brevibus interſtitiis diſcluſo amne Beſſouka recepto, Chabloucam ad Nucznicias abſorbet; inde plenis undis invectus Egram, a plaga occidentali per Egranam Regionem & Satecenſem Provinciam venientem, ad Litomericium, Bilam aut Bilinam ad Uſtam, Plauczniciam vel Pulsniciam & Badbachium ad Dieczinum, ſeu Tetſchen, combibit; copioſiſſimiſque ita in Reginohradecenſi, Chrudimenſi, Czaslavienſi, Kaurzimenſi, Boleslavienſi, Raconitzenſi & Litomericenſi Provinciis, quas aut permearat, aut contigerat, hauſtis aquis, alveum & profundiorem, & latiorem ſibi apparat; quem cum onuſtis annona, & rebus quodvis genus aliis incolarum non minus ac Miſniorum navigiis; quin & aſſerum, tignorum, opportunorumque foco lignorum ſtruibus, & ratibus, arte in longam ſeriem compactis ſubjeciſſet, uſque & uſque fatigatus, e Bohemia in Miſniam anguſtiſſimo & ſaxoſo alveo (c) eluctatur. Inde per ſuperiorem & inferiorem Saxoniam delatus, velorum jam patiens, & par ſuſtinendis etiam gravioribus onerariis (d) navibus, milliaribus duodecim infra Hamburgum ad portum Cuxhaven citatiori curſu ſe in mare Germanicum, ſeu Oceanum Septentrionalem, exonerat. Pluribus principem hunc fluvium deſcribemus, ubi in Notitia Naturali Regni Bohemiæ (e) fluvios ſingulos ſingillatim diſquiremus; jam ampliorem ejus cognitionem conſectanti Autores ſufficiet nuperus (f) Anonymus ſcriptor.

Proximus est Moldava, & sex Provincias irrigat.

Proximus Albi quo ad magnitudinem & dignitatem eſt Moldava, aliis Muldava, Vltava, Hltava, aut Vultava, ex Lunæ ſilva, ut eam Ptolemæus appellat, in Prachinenſi Provincia, qua Paſſavienſis Principis territorio eſt contigua, paulo ſupra callem aureum ebulliens: primum meridiem verſus, tum in ortum aquas ſuas effundit. Verum ob remorantia Bechinenſi in Provincia montana ad ſeptem triones converſus Crumlovium cingit, & mox cœnobium Coronæ Aureæ dexter præterlabitur, receptoque Malcza (Malſch, aut Malice) Budvicium adit. Inde aliquantum progreſſus Luſnitzam, ita, ut Stranskius (g) opinatur, vel a ſaltibus, vel a lixivio dictum, ſinuoſum, retroque a Taborio flexum amnem, & ante Neſcharka auctum, ad Tinam excipit: porro progrediens ad Klingenberg, Prachinenſis Provinciæ deſertam arcem, Wottavam, aut Ottavam, unionum fœtura (h) nobilem, & jam Wolnikæ ac Blatitzæ junctum, abſorbet; cum his viæ aliquid

emensus ad Zrubek in Beraunensi Provincia Brsynam, sub Stiechowitziis Koczabam, Sazavam vero, ex Moraviæ limitibus advenientem, & pluribus sine nomine fluviolis tumentem, ad oppidum Daule, non procul ab aurifodinis Giloviensibus excipit: Berаunæ denique, ex aliis minoris notæ fluviolis & amnibus gravidæ, ad Cœnobium Aulæ Regiæ illabenti, junctus medius inter Beraunensem & Kaurzimensem Provinciam, compluribus navibus, omnis generis frumento, piscibus insuper, caseo, sale, & reliquo commeatu onustis, quin & ratibus, sectis arboribus, ad apparanda ædificia gravibus, tantum non coopertus sæpe, urbem totius Regni Principem, Pragam medius interluit, ac secat. Hinc vero ob lapideum duo de viginti arcubus, & utrinque præaltis turribus instructum, octingentos sexaginta duos cubitos longum, mirandi operis pontem, quo stratus est, cum fremitu indignatus per confragosa se præcipitat, usque dum ad Melnickum Albi commixtus nomen amittat.

Fluvii Egranæ Regionis & Comitatus Glacensis.

Præter a me jam enumeratos fluvios singularem hic sui memoriam, etsi & hanc pluribus alibi innovaturi simus, merentur illi, qui aut Egranam Regionem, aut Glacensem Comitatum, undis suis maxime fœcundant: in illa est fluvius ejusdem nominis, qui abs dubio & regioni, & urbi, nomen imposuit, & ex Pinifero monte, quatuor fluviorum parente scaturiginem nactus, per Bohemiam se effundit, percursaque Satecensi Provincia ad Litomericium, ut jam audivimus, ab Albi (i) absorbetur. In Glacensis Comitatus illa parte, quæ ab urbecula Habelschwerdt nomen tulit, scaturit prope Mittelwaldum Nissa fluvius, qui, ubi Habelschwerdam & Glacium urbes prope contigisset, minoresque fluvios ac amnes secum abripuisset, se dein in Münstrbergensem Silesiæ Ducatum effundit: alter, etsi undis minus abundans, est Erlitza, fontes suos ad urbeculam Reinertz repetens, & per longius spatium Glacensem Comitatum a Bohemia separans; quare & pro horum limitibus jam anno 1586. (k) constitutus fuit.

His accenseri possunt Thermæ, fontes medicati & copiosæ piscinæ.

Fluminibus his atque fontibus, alio in loco fusius describendis, liberalissima in Bohemiæ Regnum natura alias etiam adjecit divitias: complures illa non tantum calidos, sed & medicatos aperuit fontes: lacum aut stagnum, uno, aut altero, neque hoc celebri, excepto, vix ullum invenies; piscinas tamen, quarum complures magnitudine sua illos sæpe referunt, copiosas ubique reperies, & in illis non solum exquisitam diversorum piscium bonitatem probabis, sed vel maxime lucrum, statis temporibus inde obventurum, miraberis. Verum omnes has naturæ opes, quas hic vel per transen-

nam

nam in aquis conspexisse sat est, curiosius altero in volumine (l) scrutabimur.

a. *Balbinus in Epit. Hist. Rer. Boh. Lib. III. in Notis ad Caput ultimum pag.* 383.

b. *Schickfusius in Chron. Siles. Blavius Geographiæ suæ Lib. VIII. & Fabricius in Annalibus Urb. Misnæ. Lib. I.*

c. *Balbinus laudatus pag.* 382.

d. *Idem eodem loco.*

e. *Parte V. hujus Notitiæ.*

f. *Scriptor Anonymus Libri, quem inscripsit:* Neue Europaeische Staats und Reise Geographie *pag. 6. hos autores innuit.* Schrams = Brücken=Werk *pag.* 3. *Anonymi* denkwürdiger und nutzlicher *Antiquarius* des Elb=Stroms, *jam Parte I. a nobis relatus.* Allgemeines Hidrographisches *Lexicon* aller Ströme und Flüsse in Ober = und Nieder = Deutschland. *Geleni Dissertatio de Albi. Marberger* Beschreibung vom Elb=Strom, & *ejusdem* Neueröfnete Wasserfahrt *Cap. IX. pag.* 337. & *seqq.*

g. *Stransky Reip. Bojemæ Cap. I.*

h. *Balbinus loco ante relato.*

i. *Bruschii Casp.* Gründliche Beschreibung des Fichtelbergs.

k. *Büsching.* Neuer Erd=Beschreibung *IV.* Theil. *pag.* 835.

l. *Parte V. quæ inscribetur: Notitia Naturalis.*

CAPUT VI.

DE CONSTITUTIONE ET FERTILITATE SOLI BOHEMICI.

QUemadmodum naturam fere omnes thesauros suos in ditandum & exornandum Bohemiæ Regnum liberalissima contulisse manu jam, & dein, intelligemus; ita etiam, si acutiori obtutu ejusdem lustremus limites, id maxime intentam fuisse observabimus, ut non solum his donis suis, sed & eorundem possessoribus, securissimum appararet domicilium, quod fere omni ex parte, vel altissimis obvallavit montibus, vel densissimis occlusit sal- *Bohemiæ Regnum a natura munitum.*

tibus, vix etiam a potentissimis perrumpendum hostibus, ni fauces eorundem suis destituantur præsidiis.

Silva Gabreta & Lunæ, Herciniæ reliquiis,

Silva Gabreta (Bohemis Sſumava) ab Egrana Regione per Pilsnensem & Prachinensem Provinciam vix non ad Regiam urbem Susficium (Schüttenhoffen) usque protensa, Bohemiam a Voitlandia, Marchionatu Culmbacensi, Palatinatu Bavariæ, atque etiam ipsa Bavaria, dispescit, & una contra hostium incursationes tuetur. Ubi Gabreta definit, ad ipsam Passaviensem silvam supra aureum callem silva, Lunæ veteribus dicta, horrescit, & per utriusque Austriæ, & Moraviæ limites deducitur. Hercinia silva notior est, quam ut de ea hic quidquam in medium adferamus. Ut vero Gabreta silvam Lunæ longitudine excedit; ita & hæc amplitudine, altitudine & arborum raritate ab illa (a) superatur: utramque magnæ illius apud veteres Herciniæ prolem & colonias Balbinus nominat: non exerrabo ego, si illas ejusdem reliquias dixero; cum & jam communi omnibus vocabulo silvæ Bohemicæ (Böhemer-Wald) compellentur.

Montibus Giganteis a spectro, aut verius impostoris, infamibus,

Ad Silesiæ & Lusatiæ terminos altissimi atque plurimi consistunt Hermundurorum montes, & Reginohradecensem atque Boleslaviensem Provinciam defendunt, quorum quidam Gigantei, Cerconossii, aut etiam Riphæi a Regni Scriptoribus nominantur. Mirum quoddam in his spectrum oberrare, non solum passim ab Historicis Sæculi superioris scribebatur, sed, quod amplius mirere, etiam a compluribus primæ notæ oculatis testibus, quibus si non per somnium, certe per imposturas vagæ illic plebeculæ rusticæ illusum fuerit, confirmabatur; ut adeo Granellio (b) horum authoritate moto, nimis inurbanum visum fuerit, omnem iisdem fidem denegare. Nomen illi fabellarum amans vulgus Riebenzalii imposuit, & formam, quam Proteo, attribuit; siquidem modo Monachi cucullum induere; modo fossoris habitu comparere; modo venatorem repræsentare; modo decrepitum, & vix cubitalem senem barba in terram prominente, exhibere; modo etiam equi indomiti, modo maximi & teterrimi bufonis, modo galli gallinacei, modo corvi insidiantis specie viatoribus illudere dicebatur; idque tum præcipue, cum convicio provocatus, vel cachinno contemptus, indignaretur. Sed de hoc satis, cum, ampliore hodie in rebus physicis affusa luce, jam intra ipsam Bohemiam pauci reperiantur, qui ejusmodi consarcinatis, & maxima parte etiam detectis, dolis fidem habeant. Nos revertamur in viam; unde digressi sumus.

Et Sudetis,

Constitimus ante in Giganteis montibus, & quidem illa eorundem parte, quam & in Mappa Chorographica Reginohradecensis Provinciæ famosissimi

fissimi Riebenzallii domicilio signatam notamus, ne post hac viatores hic quidquam præter commenta, aut dolosorum accolarum quorundam imposturas pertimescant. Inde jam ad Austam transeamus, ubi rursus se nobis complurium montium continuata juga offerent, hosti non nisi ad fauces aditum, eumque difficillimum, admissura. Atque hæc de arduo hostium in Bohemiam ingressu non hodie primum a Scriptoribus animadversa fuere, jam antiquis Bohemiæ incolis, ut scribit (c) Aeneas Sylvius, tantum in enumeratis a me saltibus, & montibus, fuerat & præsidii & fiduciæ repositum, ut Regnum suum velut nativis vallis, & munimentis prope in expugnabilibus, septum crederent, nec nisi domesticorum proditione, ultroque accersitis hostibus adiri, multo etiam minus expugnari posse existimarent.

Ipso in Regno planities & aër saluberrimus.

Etsi vero natura Regni terminos adeo & saltibus, & montibus sepserit, intra ipsum tamen Regnum hi, & illi, non nisi raro occurrunt, ut ita potius in plerisque Provinciis amplam planitiem, lenibus subinde collibus, & silvis, non horridis, sed amœnis distinctam, conspicias. Aëre Bohemia ubique perfruitur purissimo, eoque saluberrimo, cum ob eminentiorem situm suum, & salutares thermarum, medicatorumque fontium exhalationes, tum copiosiores, etiam ex adjacentibus montibus reflexos solis radios; quanquam ob flantes sæpius Aquilones nonnunquam, etiam frigidiore ab aëre, impetatur. Salubritatem hanc a me assertam satis evincunt vitales illi & nitidi incolarum vultus, vitaque a quam plurimis, ni viribus ante tempus vitia quædam aliunde accedant, in seram ætatem producta. Argumentum aliud, idque non leve, sufficit solertissimus rerum patriarum observator, & illustre non minus Regni, ac Eruditorum decus, Wilhelmus Comes Slavata: animadvertit hic complures e Bohemiæ Regibus, qui corpore, admodum infirmo, e Bohemia excesserant, simul etiam e vita migrasse; alios contra, qui isdem in rerum rationibus in Bohemiam se recepissent, aura ita mutata, etiam in pristinum valetudinis statum fuisse (d) restitutos.

Agrorum, lupuletorum & hortorum fertilitas.

Agrum Bohemum, si jam spectemus, cultum omnem gleba pingui, & non nisi in quam paucissimis locis arenosa, reperiemus: clivis, apricis collibus, silvis, nemoribus & pratis fere ubique ea abundat: frugum omnis generis adeo ferax ac dives est, ut, si vel in una Slanensi, hodie Rakonitzensi, (e) Provincia (alii (f) idem de Satecensi dicunt) læta frumenti ac leguminum messis obveniat, hæc toti alendo Regno sufficere, reliqua vero, si etiam adveniat, in adsitas Regno Provincias magno incolarum emolumento, neque minore Bohemorum lucro distrahi possit. Lupuleta, humulo præstanti turgentia, non solum in patria, sed & in Bavaria, Voitlandia, Misnia & Lusatia nobili ap-

 paran-

parandæ cerevisiæ necessarium aroma suppeditant. Hortorum, pomariorumque curæ & sapidissimos, & rarissimos arborum, herbarumque, etiam peregrinarum, fructus non solum ad Regni, incolarumque delicias, sed etiam ad eorundem augendas divitias, & aliarum Provinciarum Sarciendam inopiam reddunt.

Emolumenta ex silvis, montibus & collibus.

Sed & prata, silvæ & montes præter proceras, humilioresque omnis generis arbores, variis humanis usibus non solum ligna sed sæpe etiam fructus subministrantes, plurimas etiam easque tum hominibus, tum animalibus, salutares herbas offerunt, quas inter nonnullæ aromaticæ, ut calamus, zingiber (melius dixeris acorum & arum) crocus & rheum rhaponticum. Neque vini, illiusque generosioris, hæc regio est sterilis: complures se nobis sistunt vineæ ad Pragam, Litomericium, Melnickum, Launam, Ustam, Chrudimam, aliisque aliquot in locis, non solum uvas sapidas, sed & potum, palato gratum, dependentes: præ ceteris eminet ille, quem in Boleslaviensi Provincia rubrum Melnicense, in Litomericensi album Podskalicense vinum sufficit, ideo a multis Burgundico & Campano, unde & vites adlatæ dicuntur, jam comparatum, jam etiam prælatum.

Item ex pratis & saltibus,

Prata & saltus nobis etiam pascentes pecoris, pecudumve cujusvis generis greges, eosque frequentes exhibent, quibus & variarum domesticarum avium turmæ, ubi e villarum cortibus emittuntur, se sæpe immiscent: non minus & silvæ, & nemora plurimarum ferarum ac volucrum sistunt abundantiam, quæ pecuariis æque, ac venatoribus, & aucupibus, iis impensam curam & gratissimo spectaculo, & magnis emolumentis resarciat. Unde & illud enatum, ut jam complures seu feris, seu mansuetioribus fovendis animantibus, ut equis, apris, cervis, capreis, phasianis, perdicibus, aliisque id genus, ampla theriotrophia instituant, suis temporibus rebus rebus oeconomicis nova incrementa, & animis relaxandis gratissimam opportunitatem suffectura.

aut etiam ex fodinis.


Ipsa telluris viscera si jam scrutemur, aperiet hic nobis, largissima mater, natura omnes fere illos thesauros, quos alibi solum distributos reperias. Uno in sale parciorem se illa exhibuit, ne ita cum aliis Provinciis omne tolleretur commercium; etsi & hic ad Reginæ Curiam aliquando effossus fuerit: tum etiam ad Bilanam & Slanam venæ quædam detegerentur; quia tamen hæ vel juges non erant, vel impensi sumptus inde obventuris commodis majores inveniebantur, officinæ, jam instructæ, ideo disturbatæ fuerunt, & moderatoribus satius visum, illum e Bavaria, Austria & Saxonia (g) petere. Aliorum fossilium & metallorum, quæ tantisper una cum Officinis variis solum in Geographicis chartis indicamus, ubertatem, ubi-

ubique invenies, modo & sufficientes adessent operæ, qui illa aut eruerent, aut fodinas auro, argentove aliquando divites, jam compluribus annis ab irruentibus aquis suffocatas, inimico hoc & avaro hospite liberarent. Facilior ad marmora, atque alios, etiam pretiosos, lapides, quorum & magna, & varia, maxime in Cerconossiis montibus, est copia, patet aditus: lustrabimus hos, ubi Parte quinta penitius naturæ dona inspexerimus. Tum enim vero erudiemur primum, nil a me adulationi dari, ubi dixero: curioso naturæ scrutatori nullum gratius theatrum, ac in Bohemiæ Regno, exhiberi: quidquid enim pretiosi illa in triplici suo Minerali, Vegetabili, & Animali Regno complectitur, id fere totum (maris divitias si demas) in hoc aperuit.

a. *Balbinus Misc. Hist. Dec. I. Lib. I. Cap. III.*
b. *Granelli in Topographia Bohemiæ pag-* 31.
c. *Aeneas Sylvius in initio Hist. Boh.*
d. *In Ms. Apologia adversus Mathiam Com. a Thurn P. VIII. quinter* 75. *apud Balbinum.*
e. *Vogten Mauritii* das jetzt lebende Königreich Böhmen *pag.* 4.
f. *Rochezang ab Isecern. Part. II. pag.* 42.
g. *Stransky Reip. Bojem. Cap. I.*

ubique invenies, modo & sufficientes adessent operæ, qui illa aut eruerent, aut fodinas auro, argentove aliquando divites, jam compluribus annis ab irruentibus aquis suffocatas, inimico hoc & avaro hospite liberarent. Facilior ad marmora, atque alios, etiam pretiosos, lapides, quorum & magna, & varia, maxime in Cerconossiis montibus, est copia, patet aditus: lustrabimus hos, ubi Parte quinta penitius naturæ dona inspexerimus. Tum enim vero erudiemur primum, nil a me adulationi dari, ubi dixero: curioso naturæ scrutatori nullum gratius theatrum, ac in Bohemiæ Regno, exhiberi: quidquid enim pretiosi illa in triplici suo Minerali, Vegetabili, & Animali Regno complectitur, id fere totum (maris divitias si demas) in hoc aperuit.

a. *Balbinus Misc. Hist. Dec. I. Lib. I. Cap. III.*
b. *Granelli in Topographia Bohemiæ pag-* 31.
c. *Aeneas Sylvius in initio Hist. Boh.*
d. *In Ms. Apologia adversus Mathiam Com. a Thurn P. VIII. quinter* 75. *apud Balbinum.*
e. *Vogten Mauritii* das jetzt lebende Königreich Böhmen *pag.* 4.
f. *Rochezang ab Isecern. Part. II. pag.* 42.
g. *Stransky Reip. Bojem. Cap. I.*



PARS TERTIA

DE

NOTITIA CHOROGRAPHICA REGNI BOHEMIÆ.

CAPUT I.

DE

PROVINCIIS BOHEMIÆ GENERATIM.

Quæ, & qua ratione hic exponenda veniant?

Lustrato adhuc cursim Bohemiæ Regno, quo parte præcedente in ejusdem nomen figuram, limites & amplitudinem, tum in Mappas Geographicas, Regni ipsius divisionem, præcipuos ejusdem fluvios, soli constitutionem atque fertilitatem inquisivimus, jam ad singula dispicienda accedemus. Hac Parte Tertia Provincias, quarum præter Regionem Egranam & Comitatum Glacensem duodecim hodie numerari (a) intelleximus, disquiremus: in harum lustratione ita versabimur, ut non solum in earum nomen, magnitudinem & limites; tum in figuram & loca præcipua, sed etiam earundem peculiares dotes, seu prærogativas, fluvios, & si quæ alia notatu digna occurrerint, breviter indagaturi simus.

In

3

In omnium horum majus & adjumentum, & commodum duodecim adjeci Tabulas Chorographicas, exhibituras Provincias ſingulas, Satecenſem nimirum, Pilſnenſem, Prachinenſem, Beraunenſem, Rakonitzenſem, Litomericenſem, Boleslavienſem, Kaurzimenſem, Bechinenſem, Czaslavienſem, Chrudimenſem, & Reginohradecenſem, quarum prima etiam Egranam Regionem, ultima Glacenſem Comitatum una repræſentat. Ordine jam præſtituto, expoſui ſingulas, quod hic præ ceteris aptiſſimus viſus fuerit; ita enim ab Egrana Regione ordimur, & interjectis duodecim recenſitis Provinciis, per vices proxime ſe contingentibus, in Glacenſi Comitatu, etiam adnexo, & hodie Bohemiæ Regno rurſus aſſerto, definimus. *Quo Ordine Provinciæ ſingulæ deſcribantur.*

Mappæ Chorographicæ, quid in ſe contineant, aut quibus e fontibus deſumptæ fuerint, hic non repeto, utrumque parte ſecunda (b) declaratum fuit. Unum hic adverto: ſingulis ea parte, qua Provinciæ, in iis deſcriptæ, aut ſeptem trionibus, aut occiduo obvertuntur ſoli, adſcripta eſſe prima literarum elementa, ut horum ope locus quiſcunque, quem aut jam, aut alibi etiam relaturus ſum, citra ullum tædium & difficultatem mox reperiri poſſit. Si itaque in aliquo ſingulis Provinciis adjectorum ſyllabo locus obveniat, quem in Chartis Geographicis noſſe cupias, ad binas, proxime adſcriptas, literas oculum conjice: priorem harum in ſerie, quæ Zephyrum, alteram in altera, quæ Aquilonem reſpicit, quære; utramque, aut verius, areolas, his indicatas, in partem adverſam recta conſequere: ubi hæ ſe interſecuerint, ſi non locum, certe nomen, quo is compellatur, deprehendes. *Adjumenta ex adjectis mappis.*

Loca præcipua, quæ in ſingularum Provinciarum deſcriptione hic enumero, ſunt urbes, & mænibus cinctæ, & iisdem non munitæ; oppida Nobilium Familiarum arcibus inſtructa, aut iisdem deſtituta; Arces & cultæ, & deſertæ; Collegia, Commendæ, Eremitoria, Monaſteria, aut illa etiam, quæ ab imagine quadam, ob impetratas Sanctorum Cœli Indigetum patrocinio gratias celebri, inclaruerunt. Reliquorum ſyllabum, ut addixi, in fine hujus voluminis, & quidem iisdem ſub nominibus, quibus in Geographicis Chartis notantur, daturus ſum: ubi ubi poteram, etiam Bohemica nomina adjeci, ſæpe ab iis, quæ in Mappis occurrunt, diverſa, ut ita & iis conſulerem, qui interdum præ communi nomenclatione patria utuntur. *Quæ e ſingulis Provinciis loca hic recenſeantur.*

Atque omnium horum recenſionem cum in ſyllabis, dein ſubjiciendis, ſerie prima exhibeo, altera eorundem locum in Mappis, tertia longinquitatem a Praga Metropoli, quarta noſtræ ætatis Poſſeſſores fide, qua licuit, refero. Deſiderabam, & quam maxime, hos certioribus e fontibus depromere, ſed tempus, mihi præſtitutum, non tam illos mihi præcluſit, *Quid iisdem adjiciatur?*

quam opera eorum, qui ſingularum ditionum, ſeu caſtrorum & dominiorum, ut vulgo dicimus, dominos & poſſeſſores inde, ſed ſerius, hauſiſſent, uti vetuit. Nemini ergo quidquam derogatum, aut etiam aſſertum velim, ubi per acceleratam hanc opellam, & hac parte ſolum indicibus quibusdam, paſſim per Bohemiam reperiendis, adjutam, alius, ac jam ſit, dominus, aut poſeſſor, adſcriptus fuerit. Ubi ex jam indicatis documentis ſolum cognomen, aut ne hoc quidem, innotuit, iſtud duntaxat inſcripſi, aut utrumque prætermiſi, ut ita benevolus Lector ampliorem notitiam nactus, ſpatium haberet, in quod vel unum, aut utrumque reponeret.

Familiarum, Bona immobilia poſidentium, ſyllabus.

Ne vero Illuſtrium, hodie in Bohemiæ Regno florentium, & in eo ſtabilibus bonis gaudentium Familiarum notitiam, quam una dare intenderam, ita mancam exhiberem, viſum mihi fuit, e Lectorum mente futurum, ſi eam aliis e documentis, authoritate publica firmatis, hic proferrem, & quidem ordine eodem, quo in illis (c) primum Principum, Comitum, Baronum & Equitum ſanguine prognati recenſentur. Sunt vero

PRINCIPES:

Auerſperg	Baaden March.	Bavariæ Dux	Dietrichſtein
Fürſtenberg	Kinsky	Lamberg	Liechtenſtein
Lobkowitz	Löwenſtein	Mansfeld	Piccolomini
Sabaudiæ Dux	Schwarzenberg	Trautſon.	

COMITES:

Althan	Auerſperg	Batthyan	Biſſingen
Blümegen	Breda	Breüner	Broune
Bubna	Buquoy	Butler	Cauriani
Choteck	Clam	Clary	Colloredo
Czabelitzky	Czeyka	Daun	Deym
Dietrichſtein	Dohalsky	Des Fours	Frankenberg
Fürſtenberg	Gaſtheim	Goltz	Götzen
Hallweil	Hamilton	Harbuwal	Harrach
Hartig	Hartmann	Hatzfeld	Haugwitz
Haymhauſen	Herberſtein	Hohen-Ems	Hrzan ab Harras
Joyeuſe	Kaunitz	Kayſerſtein	Khevenhüller
Kinsky	Klebelſperg	Klenau	Kokorzowa
Kolowrat	Königsfeld	Korzensky	Kottulinsky
Kueſſtein	Kuen	Küenburg	Kühnigl
Kuſtoſch	Lamberg	Laſchansky	Lengheim
Leſslie	Lichtenſtein	Limburg-Styrum	Lodron

Loſy

Loſy	Lützau	Manderſcheid	Mansfeld
Martinitz	Metternich	Milleſimo	Molart
Morzin	Netolitzky	Nimtſch	Noſtitz
Oſtein	Paar	Pachta	Palffi
Palm	Paradis	Pergen	Piccolomini
Piſſnitz	Pötting	Preyſing	Przichowsky
Purgſtall	Queſtenberg	Regal	Rogendorf
Salm & Neüburg	Salm & Reiferſcheid	Schaffgotſche	Schellardt
Schlick	Seilern	Sereni	Sinzendorf
Sparr,	Spork	Stampach	Starhemberg
Sternberg	Stubickh	Stürgk	Sweerts
Terzi	Thun	Thürheim	Thurn
Törring	Trautmannsdorf	Trautſon	Tſchernin
Ulfeld,	Wahl	Walderode	Waldſtein
Wallis	Weiſſenwolf	Werſchowetz	Wieſchnick
Windiſchgrätz.	Woratſchitzky	Wratislaw	Wrttby
Würben	Zucker.		

BARONES:

Aſtfeldt.	Bartenſtein	Bechinie	Berchtoldt
Bortholotti	Briſigel	Buol	Chorinsky
Cremſier	Deblin	Dobrzensky	Dohalsky
Dubsky	Eben	Feuerſtein	Freyenfels
Fünfkirchen	Göldlin	Gudenus	Helverſen
Henniger	Hentſchell	Hildprandt	Hiſsrle
Hochberg	Hotowetz	Imbſen	Jungwirth
Kapaun	Kawanagg	Kfeller	Koch
Kottulinsky	Kotz	Kulhanek	Lamott
Langendorf	Laubsky	Lazari	Ledebur
Leonrod	Löwen-Ehr	Lincker	Malowetz
Mannagetta	Manſtorf	Meng	Michna
Mittrowsky	Neftzer	Obitetzky	Odkoleck
Ogilvy	Opperſtorf	Otten	Pachta
Pirkenſtein	Przichowsky	Rabenhaupt	Radetzky
Raſchin	Ratſchin	Reysky	Rodowsky
Rumerskirch	Rzitſchan	Sauer	Schirndinger
Schmidel	Schönowitz	Schuman	Selb
Sickingen	Soyer	Stadion	Starzimsky

Steinbach	Sternberg	Stracka	Tam
Teürzowsky	Toussaint	Tunkl	Vernier
Unwerth	Wallbrunn	Wallis	Wanczura
Wasmuth	Widman	Willani	Wittorf
Wrazda	Wunschwitz	Zaruba.	

EQUITES:

Anthoni	Audrasky	Audrtzky	Augusti
Bauller	Bechinie	Beneda	Berg
Bernhandtzky	Beüst	Bieschin	Bigato
Bileck	Birelli	Blöenstein	Bohusch
Bomal	Boschinsky	Bossi	Bourguignon
Braum	Braun	Briffaut	Broy
Bsensky	Bubna	Budkowsky	Bukowansky
Bukowsky	Bullenau	Campanus	Campion
Chanowsky	Chlumtschansky	Chuchelsky	Coënens
Collar	Convay	Cordule	Crocin
Curto &Morenbach	Czastollar	Czeyka	Degen
Deym	Dlauhowsky	Dohalsky	Ebelin (sen
Eck	Ehrenburg	Enis	Erkenbrechtshau-
Escherich	Fellner	Fleisner	Frankenbusch
Fremuth	Freydenberger	Fruewein	Funken
Genschick	Gerzabek	Gestrzibsky	Gfässer
Glatz	Glauchowa	Golz	Gryll
Guolfinger	Habicht	Hagen	Hamsa
Harnach	Hartlieb	Hasslauer	Hassmann
Haugwitz (dau	Haymerle	Hennet	Hillebrand
Hillebrand dePran-	Hoch	Hochberg	Hofer
Holler	Höpfflingen	Hora	Hostinna
Hotowetz	Hrabanie	Hrobschitzky	Hruschowsky (dorf
Hubatius	Janinall	Janowsky	Jenick de Gemsen-
Jenick de Bratrzitz	Kaba	Kadowa	Kannegiesser
Karwinsky	Kavanagg	Kausek	Kauten
Kfeller	Khek	Koch	Korzensky
Koschinsky	Kosteletzky	Kotz	Krausenek
Kressel	Krisch	Kulhaneck	Kunasch
La Haye	Lamott	Langer	Le Mejer
Lewenegg	Lhotka	Lhotsky	Limpacher

Li-

Lipowsky	Lititzky	Locher	Log
Logdmann	Loſcani	Loſy	Löw
Luchſenſtein	Macht (witz	Mac-Mahon (nau	Mac-Neven
Malanotte	Malovetz de Malo-	Malowetz de Chey-	Materna
Materzowsky	Matthiaſchowsky	Mazani	Mienitzky
Mieroſchowsky	Mieſitſcheck	Milach	Mirek
Mladota	Morll	Moſſern	Muck
Mugkenberg	Mühlensdorf	Multz	Nachodsky
Neftzer	Nell	Neſslinger	Networsky
Nigroni	Otto ab Ottenfeld	Otto ab Ottentahl	Otto ad Ottlilienfeld
Pada	Palm	Paſſetzky	Pelikan
Pentenrieder	Perger	Pergler	Pfefferkhorn
Pikardt	Plankenheim	Popel	Popowsky
Przichowsky	Püchelsdorf	Pürglau	Puteani
Putz	Quieton	Radkowetz	Ragersdorf
Raſchin	Rauſenbach	Rauſs	Rehn
Renſperger	Reyski	Rihle	Rodowsky
Rodwitz	Rörich	Roſenheim	Rotenberg
Rozhowsky	Rumerskirch	Ruſetzky	Rzepitzky
Rzikowsky	Rziſnitzky	Sadlo	Saffran
Salazar (mühl	Satzenhoffen	Schafman	Schack
Scherzer & Klein-	Schirndinger	Schiſchka	Schleichart
Schlindl	Schmidel	Schmidgräbmer	Schmidlin
Schön	Schönowitz	Schönpflug	Schrollenberg
Schwab	Schwarzenwolf	Sedletzky	Smith
Sobietitzky	Sommer	Stambach	Steinbach
Steinsdorf	Sternegg	Stiepaneck	Stockhammern
Strachowsky	Stranick	Stransky	Streer
Streittberg	Strogetitzky	Stupan	Stuppart
Suttner	Talatzko	Textor	Thoren
Tilly	Tomek	Trauttenberg	Trippenbach
Tucher	Turba	Ubeli	Ungar
Walwareko	Wanczura	Weinberger	Weingarten
Wendlingen	Weſetzky	Widerſperger	Widmann
Wieſchnick	Winkelbourg	Wlkanowa	Wolfinger
Worzikowsky	Zablatzky	Zadubsky	Zahradka
Zaſmutzky	Zawiſch	Zdiarsky	Zelenka

Zencker	Zeſſner	Zettwitz	Zhorsky
Ziggan	Zniowsky	Zumſande	

Amplior Familiarum Bohemiæ ſyllabus Parte ſexta dabitur.

Atque hæ, a me jam enumeratæ, Illuſtres Principum, Comitum, Baronum, aut etiam Equitum Familiæ ſunt, quæ hodie aut Bohemiam incolunt, aut certe bona quædam immobilia in ea occupant. Unam, aut alteram, non diffiteor, illas inter recenſui, jam ſolum in fœminis ejusdem nominis ſuperſtitem, ne, ubi inter bonorum, ſeu fundorum, poſſeſſores a me dein recitarentur, hic prætermiſſæ exiſtimentur. Complures, quæ in Bohemiæ Regno aliquando floruere, aut certe poſſeſſiones quasdam in eo obtinuerunt, & hodie, aut in aliis Provinciis degunt, aut inter mortales eſſe deſierunt, Parte Sexta (d) cum Regni Ordinibus dabo: jam ad ſingulas deſcribendas Provincias tranſeo.

a. *Cap. IV. ſeu pag.* 56.

b. *Cap. III. ſeu pag.* 52.

c. *Alphabetiſche* Verzeichnuß des Höhern Böhmiſchen Adels die 35. und 36. verbeſſerte *Edition pro Anno* 1759 & 1760, *quæ Calendariis Regni in fine adjici ſolet.*

d. *In Notitia Publica Regni Bohemiæ.*

CAPUT II.

DE

REGIONE EGRANA.

Nomen, magnitudo & limites Regionis Egranæ.

BOhemiæ Regnum ad occiduum ſolem ſi jam ſpectemus, & hac parte, qua Culmbacenſis Marchionatus contingit, ſubeamus, omnium primo ſe nobis offeret Regio Egrana, & longitudine, & latitudine ſua (Geographica puta) vix terna milliaria Bohemica adæquans. Nomen hæc ſuum a præcipuo flumine, eam interſecante, adepta eſt: ex occidentali plaga, ut diximus, Culmbacenſi adhæret Marchionatui; ad Aquilones partim Voitlandiam, partim illam Satecenſis Provinciæ portionem, quæ ſeparata Cubitanum Territorium compellatur, contingit: parte ſua Orientali eidem, & Pilsnenſi Provinciæ accedit; quæ vero Auſtrum reſpicit, Palatinatus Bavarici fines ſibi ſubjectos habet.

Figura & loca præcipua.

Balbinus Regioni huic ob tres angulos, una parte linea curva clauſos, arcus tenſi figuram (a) attribuit; atque ita urbs Egra, locum, qua ſagitta Voitlandiam verſus ejiceretur, occuparet, Chorda vero attracta per limi-

limites Satecensis & Pilsnensis Provinciæ extenderetur. Mappas Geographicas, hodie effictas, si consulamus, ea pharetræ potius, aut citharæ, vulgo psalterii, imaginem referet. Nobiliora loca, qualia in Provinciis singulis me adjecturum addixeram, pauca hæc Regio numerat, sunt nimirum

Nomina in mappis.	Loc.	*Dist.*	*Possessores eorundem nostra ætate.*
URBES MOENIBUS CINCTÆ:			
Eger. *Chebbe* cum Gymnas.	g b	21	Munimentum ad Regni limites
URBES MOENIBUS DESTITUTÆ:			
Nulla			
OPPIDA CUM NOBILIUM ARCIBUS:			
Nullum			
OPPIDA NOBILIUN ARCIBUS DESTITUTA:			
Nullum			
NOBILIUM ARCES, SEU SEDES:			
Altenteich	g b	17	- - de Zetwitz.
Haselau	g a	17	Johannes Carolus de Mossern.
Liebenstein	g a	17	- - de Zetwitz.
Ober-Kunreit	h a	20½	Civitas Egra.
Palitz	h c	17	Civitas Egra.
Pokrat	h b	20	Civitas Egra.
Sauerbrunn	g b	17	Civitas Egra.
Seeberg	g a	17	Civitas Egra.
Seehof	f b	17	Civitas Egra.
Wildstein	f b	17	- - de Trautenberg.
COLLEGIA, COMMENDÆ, EREMITORIA AUT MONASTERIA:			
Nullum			
IMAGINES AB IMPETRATIS GRATIIS CELEBRES:			
Nulla			
ARCES DESERTÆ:			
Neühaus	f b	17	

Fertilitas & fluvii. Jam si & cetera lustremus, Regionem hanc amœnissimis ubique hortis consitam, variisque pomorum ac fructuum generibus ad delicias luxuriantem, reperiemus; maxime tamen se illa, etiam in exteris Provinciis, commendat saluberrimis aquis acidis, non procul ab urbe ejusdem nominis scaturientibus: aliquando etiam a potione, ex melle confecta, quam mulsum vocabant, celebrabatur: hodie fere solum nomen de illa superest, & vina tum patria, tum aliunde adlata (b) præplacent. Mediam Regiunculam scindit, ac irrigat ex illo Piniferi Montis jugo in Franconia, quod Germanis *Heyde* audit, inter *Gefrees* & *Bischoffgrün* erumpens fluvius, aliis *Egra*, Bohemis a tepidiore ejus aqua *Ohrze* nominatus, qui & regioni, & urbi nomen (c) imponit.

Quando, & quo modo ad Bohemiam accesserit? Quo tempore, & quibus conditionibus Egrana Regio, pars olim Norici, Bohemiæ Regno sit adecta, omnium optime Bruschius, Münsterus, & Stranskius (d) nos edocent; quibus si publicas Imperatorum, Regum, & Imperii Romano-Germanici Electorum literas, a Balbino indicatas, aut etiam ab eodem, Goldasto & Lunigio (e) recitatas addideris, exactam fere totius rei notitiam consequemur. Principio illa hæreditario jure ad Marchiones Vohburgenses, ideo a quibusdam etiam Chebbanos Comites nominatos, spectabat; a quibus etiam urbs Egra, tum *Chebbe* dicta, quemadmodum & hodie Bohemorum labio compellatur, fertur condita. Theobaldus Marchio ejusdem sanguinis, cum filiam suam Mechtildem, aut Adelhaydem, (ut Bruschius & Goldastus (f) illam distinguunt) Friderico I Cæsari anno 1179. despondisset, una cum urbe eam Genero suo pro dote consignavit. Bavariæ Duci Henrico illam anno 1193. ademit Przemislaus Ottocarus Dux, & jure belli aquisitam primus Bohemiæ inseruit. Bavariæ, aut verius Imperio restitutam Rudolfus I. Cæsar Habsburgicus una cum filia Gutta, aut Juditha, quam in conjugem dedit, Wenceslao Bohemiæ Regi anno 1286. transcripsit. Imperio Germanico, nescio qua ratione, & quando iterum redditam, Ludovicus Bavarus, ejus nominis IV. (aliis V.) Johanni, etiam Bohemiæ Regi, tum in præmium operæ, adversus Fridericum Austriacum præstitæ, tum in compensandos bellicos sumptus, quos quidam ad vicies, quidam ad quadragies mille argenti marcas ascendisse volunt, assentientibus etiam Imperii Principibus, anno 1322. concessit, atque ita penes Bohemiæ Regnum etiamnum remansit. Quid de urbe ipsa sentiendum sit, alio in loco (g) depromam.

a. *Bal-*

a. *Balbinus Miſcel. Hiſt. Dec. I. Lib. III. Cap. IV. §. 8.*
a. *Idem hic pag. 35. Stranskius Reip. Boj. Cap. II. §. 19.*
c. *Büſching* in Neuer Erd.Beſchreibung drittem Theil *pag.* 1615.
d. *Münſterus in Coſmographia, & Stranskius loco ante relato.*
Bruſchius Caſpar in der Beſchreibung des Fichtlbergs.
e. *Balbinus in Epit. Hiſt. Rer. Boh. Lib. III. in Notis ad Cap. XVI.*
Idem Miſcel. Hiſt. Dec. I. Lib. VIII.
Goldaſtus in Appendice Documentorum.
Lunigius, alias jam laudatus, de Urbe Egra V. Böhmen pag. 466.
f. *Bruſchius in opere ante Laudato.*
Goldaſtus de Regni Bohemiæ juribus & Privilegiis Lib. I. Cap. 17.
g. *Parte IV. Cap.* 10.

CAPUT III.
DE
PROVINCIA SATECENSI.

EX Egrana Regione in ortum ſi progrediamur, occurret nobis Satecenſis Provincia, quæ nomen ſuum ab urbe Satecio, quemadmodum & alterum Lucenſis a pratis, ſortita eſt, & apud Bohemos jam *Ziatesko*, jam *Lucsko*, ideo compellatur. Magnitudinem, qua longitudine octo milliaria in ſe complectitur, primum anno decimo quarto ſæculi labentis (a) eſt conſecuta; tum enim & Cubitana Regio, quæ ante diſtinctis vivebat legibus; neque onera, aliis Provinciis communia, ſemper (b) ferebat, eidem adjecta fuit. Ad Boreales limites adjacentem ſibi habet Voitlandiam cum Miſnia Montana: ad orientem Litomericenſis & Rakonitzenſis contingunt Provinciæ, quæ poſterior cum Pilsnenſi etiam Auſtrales ambit: Occidentis terminos Egrana Regio & Voitlandia claudunt. *Nomen, magnitudo & limites Provinciæ Satecenſis.*

Balbinus, qui ſingulas Provincias ſub imagine aliqua depinxerat, Cubitanam in gleba argentea, quam Handſtein dicimus; quemadmodum & Satecenſem in vexillo expanſo, cujus manubrium a Brüticio uſque in Rabenſtein protendatur, optime repræſentari (c & d) cenſuit. Jam, ubi utraque in unam coaluit Provinciam, utriusque etiam imaginem jungere; aut no- *Figura & loca præcipua.*

vam, quæ propius accedat, effingere licebit. Urbes, oppida, arces & monasteria hæc sunt:

Nomina in mappis.	*Loc.*	*Dist.*	*Possessores eorundem nostra ætate.*
URBES MOENIBUS CINCTÆ:			
Brix *Most*	b m	10	Urbs Regia.
Caaden *Cadan*	d i	12	Urbs Regia.
Comotau *Chomotow.* Gym.	c k	11	Urbs Regia Cameralis.
Elenbogen *Loket*	f e	16	Urbs Regia Circularis.
Falkenau	f d	18	Franc. Wenceslaus Comes a Nostitz.
Laun *Launy*	e n	7	Urbs Regia.
Luditz	g h	10	Ferdinandus Comes a Kokorzowa.
Rabenstein	h i	10	Maximil. Wenceslaus Comes Lazanski.
Saatz *Satecz* (Gym.	e l	9	Urbs Regia Circularis
Schlakenwerth *Ostrow.*	e f	15	Ludovicus Marchio Badensis.
URBES MOENIBUS DESTITUTÆ:			
Buchau	g g	14	Ludovicus Marchio Badensis.
Carlsbad *Wary*	f f	14	Urbs Regia.
Joachimsthal	d f	15	Urbs Regia Montana.
Jörkau *Gerkow*	c l	11	Henricus Josep. Princeps ab Auersperg.
Petschau	g f	15	Joh. Ad. Com. de Questenberg Hæredes.
Schlaggenwald *Slawka*	g e	15	Urbs Regia Montana.
Weypert	c g	16½	Urbs Regia Montana.
OPPIDA CUM NOBILIUM ARCIBUS:			
Chisch *Chysse*	g i	9½	Franc. & Johann. Putz de Breittenbach.
Clösterle	d h	14	Johannes Josephus Comes a Thun.
Eidlitz *Eidlice*	c l	11	Henricus Joseph. Princeps ab Auersperg.
Graslitz	d c	16	Franciscus Wenceslaus Comes a Nostitz.
Heinrichsgrün	e d	15	Franciscus Wenceslaus Comes a Nostitz.
Königsberg	g c	16	Franciscus Wencesl. Comes a Sinzendorf.
Maschau	f i	10	Johannes Ernestus Comes a Goltz.
Millowitz	e k	9	Johannes Ernestus Comes a Goltz.
Neidek	d e	16	Ludovicus Johannes Comes ab Hartig.
Pomeisl	f k	10	Carol. Franc. Xav. Princ. a Dietrichstein.
Postelberg *Postoloprty.*	d m	8	Jos. Joh. Nep. Princ. a Schwarzenberg.

Tup-

Tuppau	f h	11	Joannes Nepomucenus Comes a Lützau.
Waltſch	f i	8½	Carol. Joſ. Com. de Limburg-Styrum.

OPPIDA NOBILIUM ARCIBUS DESTITUTA:

Abertamm	df	15	Ludovicus Marchio Badenſis.
Basberg	b i	12	Oppidum Regium Montanum.
Bleyſtatt	e c	16	Oppidum Regium Montanum.
Böhm. Wiſenthal	dg	16	Oppidum Regium Montanum.
Breſnitz. *Brzeznice*	c h	11½	Oppidum Regium Montanum.
Catharinaberg	a l	11	Henricus Joſ. Princeps ab Auerſperg.
Culm	g c	16	Ord. Equeſt. Cruciger. cum rubea ſtella.
Engelhaus *Angelska Hora*	fg	15	Ludovicus Joannes Comes ab Hartig.
Flöhau	f l	8	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Fribus	d d	17	Franciſcus Wenceslaus Comes a Noſtitz.
Goſſengrün	f c	15	Leopoldus Adolphus Comes a Piſſnitz.
Gottesgab	d f	16	Oppidum Regium Montanum.
Jechnitz	g l	7½	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Kriegern	g k	8	Carolus Franc. Xav. Princ. a Dietrichſtein.
Krolup	dk	14½	Franciſcus Carolus Comes a Martinitz.
Kupferberg	d h	11½	Ludovicus Marchio Badenſis.
Lauterbach	g e	15½	Oppidum Regium Montanum.
Libettz	g i	8	Maximil. Wenceslaus Comes Lazanski.
Lichtenſtadt	e f	14	Ludovicus Marchio Badenſis.
Perninger	d e	16	Ludovicus Marchio Badenſis.
Platten	d e	16	Oppidum Regium Montanum.
Platz	c i	9½	
Podhorſam	f k	10	Ludovicus Marchio Badenſis.
Priſen	d l	10	Michaël Franciſcus Comes a Martinitz.
Puſchwitz	f k	10	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Radonitz	e i	9	Adamus Philippus Comes Loſy.
Rudig	g k	8	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Schöles	h k	9½	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Schönbach	e b	16	Johannes Adamus de Bigato.
Schönfeld	g e	15	Oppidum Regium Montanum.
Seeſtattl	b l	11	Ferdin. Phil. Princeps a Lobkowitz.
Sonnenberg	c i	11	Oppidum Regium Montanum.

NOBILIUM ARCES, SEU SEDES:

Aich	f f	14	Julius a Multz.
Brunnersdorf	d i	9	Franc. Carolus Comes a Martinitz.
Budau	g h	8	Johannes Putz de Breitenbach.
Diwitz	f o	7	Erneſtus Carolus Comes Pachta.
Dobritſchan	e m	9	Leopoldus Caſpar Comes a Clary.
Duchoritz	e m	9	Leopoldus Caſpar Comes a Clary.
Eiſenberg	b l	17	Ferdinand. Phil. Princeps à Lobkówitz.
Felixburg	d i	10	Johannes Joſephus Comes a Thun.
Fünfſhunden	e k	9½	Johannes Joſephus Comes a Thun.
Gabhorn	g g	15	Joh. Adami Com. a Queſtenberg Hæred.
Gettersdorf	b k	11½	Franciſcus Carolus Comes a Martinitz.
Gfell	e f	14	Ludovicus Marchio Badenſis.
Gishübel	f g	18	Ludovicus Johannes Comes ab Hartig.
Goslau	g g	15	Franciſcus Henricus de Trautenberg.
Groslipen	e n	9	Joſep. Joh. Nep. Princ. a Schwarzenberg.
Groſſengrün	e f	15	Ludovicus Marchio Badenſis.
Grünthal	a k	11	Maria Eliſabetha de Schrollenberg.
Hagensdorf	c k	12	Franciſcus Carolus Comes a Martinitz.
Haret	c m	10	Johannes Ulricus de Spitzberg.
Hauenſtein	d g	14	Ludovicus Marchio Badenſis.
Hertenberg	f d	15	Leopold. Adolphus Comes a Piſſnitz.
Jonsdorf	a l	10½	Civitas Regia Brix.
Klein-Czernitz	f l	9	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Koſoruk	c n	9	Franciſcus Wencesl. Baro a Reisky.
Koſtertzan	g i	8	Franciſcus Wencesl. Comes a Clary.
Kramitz	c n	9	Joſephus de Zesner.
Kummerburſch	b m	10½	Civitas Regia Brix.
Ledau	f l	8	Carolina Comit. a Schönkirchen.
Leneſchowitz	d n	7	Caſpar Leopoldus Comes a Clary.
Libin	g i	8	Franciſcus Carolus Comes a Clary.
Libiſch	d k	10	Franciſcus Carolus Comes a Martinitz.
Liboritz	f l	9	Franciscus Carolus Comes a Clary.
Libotſchan	e l	9	Wenceslaus Carolus de Schrollenberg.
Lintz	g k	8	Carolus Wenceslaus Baro de Steinbach.
Litſchkau	f m	9	Carolus Joſephus Comes de Breda.

Lud

Luk	g h	10	Franc. & Joh. Putz de Breittenbach.
Luſt	g k	8	Carolus Kager Comes de Stampach.
Luſthaus	f i	8½	Carol. Joſ. Comes de Limburg-Styrum.
Luſthaus	f i	10	
Lyſchka	g k	8	Caſpar Leopoldus Comes a Clary.
Michelsdorf	e k	9½	Colleg. Can. Reg. Ord. S. Aug. in Carlshof.
Miecholup	f l	9	Franc. Wenceslaus Baro ab Hochberg.
Miltſchowes	e l	9	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Minitz	d m	8½	Johannis Otto ab Ottlilienfeld Hæredes.
Moſtau	g c	16	Anna Thereſia de Schirnding.
Neoſablitz	c l	11	Henricus Joſephus Princ. ab Auerſperg.
Nepŕowitz	e l	9	Joh. Bapt. Ferdinandus Comes a Pergen.
Neudorf	c l	11	Ferdin. Phil. Princeps a Lobkowitz.
Neuhof	f b	10	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Neuſattel	e l	10½	de Potpuſch.
Neuſchloſs	e n	8	Johannes Ferdinandus de Lewenegg.
Neuſtein	b k	11	Henricus Joſephus Princ. ab Auerſperg.
Ober-Schönbach	e b	16	
Oplot	e l	9½	Joh. Bapt. Ferdinandus Comes a Pergen.
Pareydl	b m	10½	
Petersburg	g k	8	Johannes Ferdinandus de Lewenegg.
Platten	b k	11	Henricus Joſephus Princ. ab Auerſperg.
Polig	e k	9	Joh. Bapt. Ferdinandus Comes a Pergen.
Preles	f k	9½	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Bremlowitz	f f	15	Ludovicus Marchio Badenſis.
Pſchan	e o	10½	Archiepiſcopus Pragenſis.
Ribian	e m	9	Carolus Joſephus Comes a Breda.
Roggendorf	h d	16½	
Rothehaus	b d	17½	Henricus Joſephus Princ. ab Auerſperg.
Rotſchow	f n	8	Monaſt. Eremit. Ord. S. Aug. in Rotſchow.
Ruppelsgrün	e f	15	Erdmannus Ferdinandus de Schönau.
Saar	e h	11	Franc. Wenceslaus Comes a Noſtitz.
Scheditz	e l	19	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin,
Schiſelitz	d m	9	de Millach.
Schlöſſel	f l	8	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.
Schönbach	c i	11	Johannes Carolus Comes a Choteck.
Schönhof	f k	8½	Procopius Adalbertus Comes Tſchernin.

Sobiesak	d l	9½	Glasser.
Steinwasser	c m	9	Antonius Thadæus Audrtzky a Audrsse.
Steknitz	e m	9	
Straupnitz	d l	9	Franc. Rudolf. Com. de Kebelsberg Hæred.
Talwitz	f f	15	
Teltsch	g g	15	de Steindorf.
Udritsch	g h	8½	Ludovicus Marchio Badensis.
Unter-Kodau	e e	16	de Braunsdorf.
Weiten Trebetisch	e k	8	Carolina Comit. de Schönkirchen.
Welchau	e g	14	Civitas Regia Saatz.
Welmschloss	d m	10	Collegium Commotoviense S. J.
Wernsdorf	d i	10½	Johannes Carolus Comes de Choteck.
Werschetitz	g h	8	Wenceslaus Josephus Gfeller.
Weschitz	d k	10	Collegium Commotoviense S. J.
Widhostitz	g k	8	Carolus Kager Comes de Stampach.
Widosess	d m	8	Comitis Deym, Hæredes.
Wiklitz	e k	10	Glasser.
Wilentz	c l	11	Henricus Josephus Princ. ab Auersperg.
Witschitz	d l	11	Franc. Carolus Comes a Martinitz.
Zittolieb	e n	7	Ernestus Carolus Comes Pachta.

COLLEGIA, COMMENDÆ, EREMITORIA AUT MONASTERIA:

Caaden	d i	12	Monast. Ord. Min. S. Franc. strict. observ
Commendatur	b m	10	Comend. O. Equest. Cruc. cum rub. stella.
Rotschow	f n	8	Monast. Eremitarum Ord. S. Augustini.
Saatz	e l	9	Monast. Ord. Min. S. Franc. Capucinor.
Schlakenwert	e f	15	Collegium Patrum Piarum Scholarum.

IMAGINES AB IMPETRATIS GRATIIS CELEBRES:

Commotau	c k	11	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Culm	g c	16	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Eidlitz	c l	11	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Kwina	b k	16	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Maria Hülff	e i	9	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Maria Sorg	d f	15	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Prisen	d k	10	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.

Rot-



m
n
o
SAX
Provincia
Litomeri=
censis
Mis
BRIX
SAATZ
LAUN
CARLSBA
Postelberg
Pro
vincia
ncia Pilf
Rakonitzenfis
X. Winkler, Sc. Vien.

ad Pag. 83.

Rotschow	f n	8	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Tzetlitz	f f	15	S. Annæ, Matris Deiparæ Virginis.
Zaras	c m	10	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.

ARCES DESERTÆ:

Alt-Aubach	d h	14	
Burgstattl	f h	11	
Egerwerk	d h	11	
Finkenstein	d h	14	
Hausberg	d c	16	
Himmelstein	d g	18	
Hungerberg	g g	15	
Schlossberg	h h	10	Ferdinand. Jacob. Com. a Kokorzowa.

Provincia hæc, maxime qua est antiqua Satecensis, solo gaudet plano, & præ ceteris melioris notæ humulo, seu lupulo, abundat, certatimque in exteras regiones is distrahitur, domi vero præstantissimæ cerevisiæ, quæ ad Satecium, Jörkavium, Eidlizium & Commotovium plurimum laudatur, nobile aroma sufficit. Frumenti tanta in illa est copia, ut jam veteres, agriculturæ tamen minus dediti, existimaverint, si vel in Lauczka (vallis est e media Satecensi Provincia per Rakonitzensem usque ad Moldavæ crepidinem longis ambagibus producta) felix & læta messis obveniat, eo anno gentem totam abunde habituram, unde fami antevertat. Non minus & horti copiosos, eosque & varios, & sapidos fructus reddunt, quibus agri etiam linum, pecudes lanam, fodinæ argentum, mercurium, stannum & plumbum cum sulphure & alumine (e & f) addunt: aucupes etiam alaudarum, in pratis discurrentium, turmas (g) commendant. Egra fluvius, ex Regione Egrana illabens, receptis compluribus minoris notæ fluviis & amnibus, non solum totam Provinciam pervadit, sed etiam nobilissimas ejus urbes aut alluit, aut proxime contingit, usque dum ad Launam inde egrediatur, & longissimo tempore limites inter Litomericensem, & Rakonitzensem Provincias radat, seque tandem ad Litomericium in Albim exoneret. De thermis Carolinis, non minimum Provinciæ hujus & ornamentum, & emolumentum, Parte quarta & quinta acturi sumus. *Fertilitas & fluvius.*

Satecensis Provincia (puta minorem illam, & ante Caroli Austriaci tempora notam) olim a Pragensi Principatu, quemadmodum Kaurzimensis, Lippensis, Warensis & aliæ, separabatur, & suos ex comitialibus populi suffragiis Principes, etiam ex Przemyslæo sanguine, accepit. Principum horum *Alia notatu digna de Satecensi Provincia,*

Rotschow	f n	8	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.
Tzetlitz	f f	15	S. Annæ, Matris Deiparæ Virginis.
Zaras	c m	10	SS. Deiparæ Virginis Mariæ.

ARCES DESERTÆ:


Alt-Aubach	d h	14	
Burgstattl	f h	11	
Egerwerk	d h	11	
Finkenstein	d h	14	
Hausberg	d c	16	
Himmelstein	d g	18	
Hungerberg	g g	15	
Schloßberg	h h	10	Ferdinand. Jacob. Com. a Kokorzowa.

Fertilitas & fluvius.

Provincia hæc, maxime qua est antiqua Satecensis, solo gaudet plano, & præ ceteris melioris notæ humulo, seu lupulo, abundat, certatimque in exteras regiones is distrahitur, domi vero præstantissimæ cerevisiæ, quæ ad Satecium, Jörkavium, Eidlizium & Commotovium plurimum laudatur, nobile aroma sufficit. Frumenti tanta in illa est copia, ut jam veteres, agriculturæ tamen minus dediti, existimaverint, si vel in Lauczka (vallis est e media Satecensi Provincia per Rakonitzensem usque ad Moldavæ crepidinem longis ambagibus producta) felix & læta messis obveniat, eo anno gentem totam abunde habituram, unde fami antevertat. Non minus & horti copiosos, eosque & varios, & sapidos fructus reddunt, quibus agri etiam linum, pecudes lanam, fodinæ argentum, mercurium, stannum & plumbum cum sulphure & alumine (e & f) addunt: aucupes etiam alaudarum, in pratis discurrentium, turmas (g) commendant. Egra fluvius, ex Regione Egrana illabens, receptis compluribus minoris notæ fluviis & amnibus, non solum totam Provinciam pervadit, sed etiam nobilissimas ejus urbes aut alluit, aut proxime contingit, usque dum ad Launam inde egrediatur, & longissimo tempore limites inter Litomericensem, & Rakonitzensem Provincias radat, seque tandem ad Litomericium in Albim exoneret. De thermis Carolinis, non minimum Provinciæ hujus & ornamentum, & emolumentum, Parte quarta & quinta acturi sumus.

Alia notatu digna de Satecensi Provincia,

Satecensis Provincia (puta minorem illam, & ante Caroli Austriaci tempora notam) olim a Pragensi Principatu, quemadmodum Kaurzimensis, Lippensis, Warensis & aliæ, separabatur, & suos ex comitialibus populi suffragiis Principes, etiam ex Przemyslæo sanguine, accepit. Principum horum



ævo Ducatus nomine insigniebatur, & in quinque distribuebatur territoria, ad Ryvinam, Vzcam, Brusincam, Mizam, & Lauczam, quæ nomina sua vel a rivis, vel a silvis (h) acceperunt.

& Regione Cubitana. Cubitana Regio, jam Satecensis Provinciæ pars, etiam *Loctensis* aut *Elenbogensis* nominata, a Bohemica voce *Loket* & Germanica *Elenbogen*, quæ cubitum sonat, & primariam isthic urbem indicat, non solum Johannis Regis temporibus, sed & sæculis aliquot ante, ut ex vita B. Hroznatæ, & supremis quibusdam tabulis Balbinus (i) comprobat, Bohemiæ Regno erat adjuncta. Qua ratione primum in Bohemiæ Regum feudum, & tum etiam in ditionem a Ducibus Wirtembergicis, a Ruthenis, Plawensibus, Plikiis, Hertenbergicis, aliisque pervenerit, idem Balbinus ait contineri in Documentis Tabularii Carlsteinensis: utinam ea etiam, si licebat, hic adjecisset! Sigismundus Cæsar Regionem hanc Caspari Schlikio, Vice-Cancellario, & tum Egrano Capitaneo, qui Passanense patrimonium suum in Veneta ditione amiserat, possidendam dedit, adjecta etiam cudendæ pecuniæ facultate, qua ante inter Venetos gaudebat.

a *Parte II. seu in Notitiæ Geographicæ Cap. IV.*
b. *Balbinus Miscel. Hist. Dec. I. Lib. III. Cap. IV.* §. 7.
c. *Idem hoc loco.*
d. *Eodem loco.*
Libet hic aliud adjungere, quibus nimirum Dominis hic Comitatus aliquando paruerit, & qui ad Bohemiam acceſſerit? Neminem hac in re, ſi probe ſentio, ſecuriorem ducem elegero, ac Balbinum, qui Glacium olim ad Polonos cum tota Sileſia ait (e) pertinuiſſe. Verum, ubi hos inter & Bohemos cruenta enata fuiſſent bella, Glacium a reliqua Sileſia inter ſæculum undecimum & decimum quintum aliquoties avulſum, & iterum redditum fuit. Variis interim id obtemperavit Dominis, donec in Georgii Podiebradii, Comitis Cunſtadæi, dein etiam Bohemiæ Regis, filios, Münſterbergenſes in Sileſia Duces, hæreditate transmiſſum fuiſſet. Sed anno milleſimo quingenteſimo iidem Münſterbergæ Duces totum Glacenſem Comitatum Ulrico Comiti ab Hardek, qui eorundem ſororem Sidoniam ſibi in matrimonium junxerat, & etiam Glacenſis Comitis titulum aſſumpſerat, ſexaginta coronatorum millibus vendidere. Ab Hardekiis ſubinde redemiſſe Glacium Ferdinandum I. Regem ſcribit (f) Aelurius: in Comitiis Regni, annis decem poſt, ſeu 1547. celebratis, idem primum oppignoratum fuit Johanni de Pernſtein, tum etiam permiſſum Erneſto, Bavariæ Duci, Epiſcopo Paſſavienſi, ac dein electo Archiepiſ- *Qua ratione ad Bohemiam acceſſeri?*

copo Salisburgensi, ut illud (modo ante inter Regni incolas adscribi peteret, & etiam admitteretur) ab Johannis filiis redimeret, quod etiam Anno 1549. centum quadraginta Rhenensium millibus impetravit. Ipse anno 1560. Glacii vita functus, jus suum omne in Glacensem Comitatum supremis tabulis in Albertum, Bavariæ Ducem, transcripsit; negarunt id illi Bohemiæ Proceres, & in solenni omnium Coronæ Bohemiæ Provinciarum conventu constituerunt, ut vel ab Rege, vel alio ex Regni Ordinibus, quamprimum Glacensis Comitatus redimeretur; quod etiam anno 1579. præstitum Rudolpho Cæsare, & Rege præsente. Tum porro decretum fuit, ut hic Comitatus posthac Bohemiæ Coronæ uniretur, & velut patrimonialis Regum ditio, quæ nulla ratione alienari posset, spectaretur. Ferdinandus II. Cæsar, ubi seditiosos ac refractarios Regni Ordines vi armorum fregisset, Glacium Fratri suo, Carolo Wratislaviensi Antistiti possidendum dedit; at brevi receptum in Provinciolæ formam redegit, suum etiam Glacensibus distinctum supremum præsidem, quin & tribunal, & leges constituens: atque hic mos fere ad nostra usque tempora observabatur. Post D. Caroli VI. Austriaci obitum cum Elector Brandeburgicus jus successionis in aliquot Silesiæ Ducatus asseruisset, gravissimum etiam ideo bellum toti Bohemiæ Coronæ intulisset, diuturna obsidione Glacium, & cum illo etiam Comitatum ad deditionem Anno 1742. coegit, quem mox etiam pace & Wratislaviensi, & Dresdensi (g) sibi firmavit. Felices Austriacorum Ducum Laudonii, & Draskowitzii nuper susceptæ expeditiones, gloriosissime superato Fouquetio, non solum omnium opinione citius utramque urbis Glacensis arcem expugnarunt, sed spem etiam faciunt, supremo belli Imperatore Daunio, jam pluribus de Friderico Borussorum Rege victoriis inclyto, etiam Silesiam pari fortuna in antiqua Austriacorum Principum jura redituram. Quæ dum sinceris votis prosequimur, Numen Optimum pondus suum addat, & dudum exoptatam pacem restituat; tum enim vero Provinciæ adhuc descriptæ, & jam fere viginti annis gravissimis belli incommodis affectæ, ad pristinum suum decus, de quo hodie amisere multum, redire poterunt.

Numerus celebriorum in Bohemia locorum.

Priusquam manum de tabula moveam, & Parti Tertiæ, seu Notitiæ Regni Bohemiæ Chorographicæ, finem imponam, numerum celebriorum locorum, quæ ante suis sub titulis recensui, exhibebo: juverit hunc nosse, cum topographica pertractaverimus & etiam jam, ut ita probe dispiciatur, quot eorundem aut in singulis Provinciis, aut etiam in toto Regno contineantur. Pragam Metropolim, & nonnulla nobiliora Religiosorum Cœtuum domicilia hinc abesse nemo miretur: illa, nulli enumeratarum Provinciarum

rum adſcripta, diſtinctum ſibi locum Parte Quarta vendicat; hæc cum ipſis urbibus, aut oppidis, in quibus ſita ſunt, referentur. Cetera ſubjecti dabunt ſyllabi; complectitur nimirum.

URBES MOENIBUS CINCTAS

Regio Egrana	1.
Provincia Satecenſis	10.
Provincia Pilsnenſis	11.
Provincia Prachinenſis	7.
Provincia Beraunenſis	1.
Provincia Rakonitzenſis	5.
Provincia Litomericenſis	6.
Provincia Boleslavienſis	5.
Provincia Kaurzimenſis	4.
Provincia Bechinenſis	13.
Provincia Czaslavienſis	3.
Provincia Chrudimenſis	6.
Provincia Reginohradecenſis	9.
Comitatus Glacenſis	3.
Regnum Bohemiæ	84.

URBES MOENIBUS DESTITUTAS

Regio Egrana	—.
Provincia Satecenſis	7.
Provincia Pilsnenſis	—.
Provincia Prachinenſis	3.
Provincia Beraunenſis	3.
Provincia Rakonitzenſis	—.
Provincia Litomericenſis	3.
Provincia Boleslavienſis	2.
Provincia Kaurzimenſis	1.
Provincia Bechinenſis	1.
Provincia Czaslavienſis	2.
Provincia Chrudimenſis	2.
Provincia Reginohradecenſis	1.
Comitatus Glacenſis	3.
Regnum Bohemiæ	28.

OPPIDA CUM NOBILIUM ARCIBUS

Regio Egrana	—.
Provincia Satecensis	13.
Provincia Pilsnensis	10.
Provincia Prachinensis	12.
Provincia Beraunensis	7.
Provincia Rakonitzensis	6.
Provincia Litomericensis	6.
Provincia Boleslaviensis	15.
Provincia Kaurzimensis	14.
Provincia Bechinensis	12.
Provincia Czaslaviensis	19.
Provincia Chrudimensis	7.
Provincia Reginohradecensis	23.
Comitatus Glacensis	1.
Regnum Bohemiæ	145.

OPPIDA NOBILIUM ARCIBUS DESTITUTA

Regio Egrana	—.
Provincia Satecensis	32.
Provincia Pilsnensis	36.
Provincia Prachinensis	16.
Provincia Beraunensis	16.
Provincia Rakonitzensis	9.
Provincia Litomericensis	21.
Provincia Boleslaviensis	20.
Provincia Kaurzimensis	16.
Provincia Bechinensis	38.
Provincia Czaslaviensis	18.
Provincia Chrudimensis	18.
Provincia Reginohradecensis	26.
Comitatus Glacensis	20.
Regnum Bohemiæ.	286.

NOBILIUM ARCES, SEU SEDES

Regio Egrana	10.
Provincia Satecensis	92.
Provincia Pilsnensis	119.
Provincia Prachinensis	65.

Pro-

Provincia Beraunensis - - - - -	50.
Provincia Rakonitzensis - - - - -	52.
Provincia Litomericensis - - - - -	55.
Provincia Boleslaviensis - - - - -	45.
Provincia Kaurzimensis - - - - -	54.
Provincia Bechinensis - - - - -	61.
Provincia Czislaviensis - - - - -	53.
Provincia Chrudimensis - - - - -	19.
Provincia Reginohradecensis - - - - -	53.
Comitatus Glacensis - - - - -	25.
Regnum Bohemiæ - - - - -	753.

COLLEGIA, COMMENDÆ, EREMITORIA AUT MONASTERIA

Regio Egrana - - - - -	—
Provincia Satecensis - - - - -	5.
Provincia Pilsnensis - - - - -	5.
Provincia Prachinensis - - - - -	2.
Provincia Beraunensis - - - - -	5.
Provinhia Rakonitzensis - - - - -	5.
Provincia Litomericensis - - - - -	1.
Provincia Boleslaviensis - - - - -	6.
Provincia Kaurzimensis - - - - -	3.
Provincia Bechinensis - - - - -	7.
Provincia Czaslaviensis - - - - -	3.
Provincia Chrudimensis - - - - -	1.
Provincia Reginohradecensis - - - - -	9.
Comitatus Glacensis - - - - -	—
Regnum Bohemiæ - - - - -	52.

IMAGINES AB IMPETRATIS GRATIIS CELEBRES

Regio Egrana - - - - -	—
Provincia Satecensis - - - - -	10.
Provincia Pilsnensis - - - - -	12.
Provincia Prachinensis - - - - -	6.
Provincia Beraunensis - - - - -	3.
Provincia Rakonitzensis - - - - -	3.
Provincia Litomericensis - - - - -	7.
Provincia Boleslaviensis - - - - -	4.
Provincia Kaurzimensis - - - - -	1.

Provincia Bechinensis	11.
Provincia Czaslaviensis	3.
Provincia Chrudimensis	4.
Provincia Reginohradecensis	3.
Comitatus Glacensis	3.
Regnum Bohemiæ	70.

ARCES DESERTAS

Regio Egrana	1.
Provincia Satecensis	8.
Provincia Pilsnensis	16.
Provincia Prachinensis	13.
Provincia Beraunensis	4.
Provincia Rakonitzensis	4.
Provincia Litomericensis	22.
Provincia Boleslaviensis	11.
Provincia Kaurzimensis	3.
Provincia Bechinensis	9.
Provincia Czaslaviensis	6.
Provincia Chrudimensis	6.
Provincia Reginohradecensis	7.
Comitatus Glacensis	3.
Regnum Bohemiæ	113.

a. *Stranskius Reip. Boj. Cap. II. §. 18.*

b. *Balbinus Miscell. Hist. Dec. I. L. III. Cap. V. §. III.*
Schmidl Hist. Soc. Jes. Prov. Boh. Part. I. Lib. V. num. 139.

c. *Vide Chartas Geographicas Comit. Glacensis, a nobis Part. II. pag.* 49. *laudatas & Cl. Büsching* Neuer Erdbeschreibung Vierten Theil *pag.* 838 — 846.


d. *Cap. V. de præcipuis Bohemiæ fluviis.*

e. *Balbinus ante relatus §. II. qui §. III. etiam præcipuas dotes hujus Comitatus recenset.*

f. *In Glaciographia.*

g. *Tractat. Definit. Vratis. Art. V. Dresdensis Artic. II.*

15


o p q r
Silesiæ
Pars
Moraviæ
Marchionatus Pars
NEURODER DISTRICT
Neu Rode
ER DISTRICT
Falkenberg
Hausdorf
Grund
Eule
Mülken
Kuntzendorf
Kohlgruben
Wolpersdorf
Buche
Eberdorf
Neudorf
Schlegel
Scharfenek
Böhmisch wald
Walters dorf
Wiltsch
Mitter Steine
Ebersdorf
Gabersdorf
Neuhof
Hochberg
Melden
Unter Steine
Schnellenstein
Neundorf
Hayn
Marienthal
Rosenthal
Schönfeld
Lauterbach
Hertzogwald
Freywalde
Gläsendorf
Grüntzdorf
Mittelwald
Schönthal
Dreyhofe
Böhm. Petersdorf
Steinbach
Schonau
Schreibendorf
Neubach
Ober Mora
Wigstadtl
Bobieschau
Mitter Lipka
Herrndorf
Gros Mora
Lichtenau
Rothflus
Grulich
Ullersdorf
Klein Ullersdorf
Lienerdorf
Margareten thal
Sobkowitz
Geyersberg
Kunwald
Batzdorf
Ottendorf
Lichnitz
Traundorf
Nekorz
Mistrowitz
Orlitz
Lubniko
Wöttdorf

MATERIA TENTAMINIS PUBLICI,

QUOD

EX ANNI HUJUS SCHOLASTICI PRÆLECTIONIBUS

QUOVIS, CUI LIBUERIT, PERICLITANTE

SUBIBIT

IN

COLLEGIO REGIO THERESIANO

SOCIETATIS JESU

ILLUSTRISSIMUS DOMINUS

FRANCISCUS DE PAULA

COMES

DE SCHAFFGOTSCHE

PHILOSOPHIÆ IN SECUNDUM ANNUM AUDITOR.

DIE MENSE SEPTEMBRI ANNO M. DCCLX.

VINDOBONÆ

TYPIS JOSEPHI KURZBÖCK, UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

MATERIA
TENTAMINIS
PUBLICI,

QUOD

EX ANNI HUJUS SCHOLASTICI
PRÆLECTIONIBUS

QUOVIS, CUI LIBUERIT, PERICLITANTE
SUBIBIT
IN

COLLEGIO REGIO THERESIANO
SOCIETATIS JESU

ILLUSTRISSIMUS DOMINUS

FRANCISCUS DE PAULA
COMES
DE SCHAFFGOTSCHE

PHILOSOPHIÆ IN SECUNDUM ANNUM AUDITOR.
DIE MENSE SEPTEMBRI ANNO M. DCCLX.

VINDOBONÆ
TYPIS JOSEPHI KURZBÖCK, UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.



THESES PHYSICÆ.

E PROLEGOMENIS

QUÆSTIONES.

QUid Physica, seu Philosophia naturalis? quæ ejus partitio?

Quid de dignitate, jucunditate, atque utilitate hujus disciplinæ dicendum?

Quis e Græcis eandem excoluit?

Num origo illius vetusta?

Quidnam recentiores ad eam promovendam præstiterint: & quinam illi?

Possuntne in ea hypotheses locum habere?

Præstatne physicam generalem præmittere speciali?

E PHYSICA GENERALI.

De natura, primisque affectionibus corporis physici.

QUÆSTIONES.

Quænam est notio corporis physici?

Quid Philosophi de natura corporis senserunt? quisque noster de eorum opinionibus sensus?

Quæ præcipuæ Philoſophorum opiniones circa principia corporum, juxta ſingulas claſſes, in quas generatim diſpeſcimus illorum ſyſtemata: quid in iis demum criſi perſtringendum eſt?

Quænam conſtituuntur axiomata, quibus dirigamur, tum ad opiniones Phyſicorum probe examinandas, tum ad noſtram de principiis corporum ſententiam conſtabiliendam, tum denique ad reliquam phyſices doctrinam firmandam?

Quænam affectiones ex natura corporis proxime deducuntur?

Quid quantitas materiæ, ſeu maſſa: quid denſitas: item volumen?

Qua ratione menſura maſſæ obtineatur?

Quid figura: ſitus: diviſibilitas corporis?

Quibus argumentis oſtenditur diviſibilitas ſtupenda corporis?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Corpus phyſicum, quod perperam cum Mathematico confundit Carteſius, ſubſtantiam dicimus natura ſua impenetrabilem.

E triplici ſyſtemate: Atomiſtarum, Carteſii, & Newtoni, tria doctrinæ capita diſcutimus: atque e Carteſiano quidem aſſerimus, in hac entium compage ſubtiliſſimam, fluidiſſimam, ab aere diverſam, vulgo æthercam ſubſtantiam diffundi, cui tamen naturam ac proprietates illas, quas eidem largiuntur Carteſiani, tribuendas non exiſtimamus.

Adverſus Newtonum proinde dicimus: in hac rerum univerſitate vacuum majus, ac ſenſibile non dari; quantumvis propugnemus, illud virtute divina haberi poſſe, contra, quam Carteſius ſenſerit.

Atomiſtis in eo aſſentimur, quod arbitremur corporibus interſeri exiliſſima ſpatia, quæ vacua diſſeminata vocamus.

Principia, e quibus corpora naturalia proxime coaleſcunt, præter vulgaria quatuor elementa, Chemicorum quoque gemina ſal & ſulphur recte adſtruuntur.

De motus origine, & continuatione.

QUÆSTIONES.

Quid motus: quid quies?

Ecquid determinatio: celeritas: quantitas motus?

Quænam opiniones de origine motus recenſentur?

In quot ſententias diviſi fuere Philoſophi circa cauſam motus continuati?

Quid per vim inertiæ: motum impulſionis, ac denique per motum tractionis intelligitur?

Quænam axiomata deducuntur e doctrina de origine, & continuatione motus?

PRO-

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Causa, fons, & origo omnis motus est DEus; non tamen unica motuum omnium effectrix: hinc dicimus vim motricem causis creatis concessam fuisse; nihilominus ea lege hoc asserimus, ut Epicureis non largiamur, motum a sola materia proficisci posse, sic, ut corpus quodcunque seu sui, seu alterius motus causa prima sit.

Porro, quoniam stabilitis his principiis in serie causarum creatarum constituendæ sunt effectuum naturalium causæ, censemus, motum omnem corporeum a fluidis originem ducere, inter quæ occurrit principe loco subtilissimum æthereæ substantiæ fluidum, quod primum a Deo in motu constitutum, cetera corpora pro cujusvis dispositione, & habilitate agitat, atque impellit.

Continuati motus causa non est alia, atque eadem illa vis, quam causa motrix corpori mobili semel impertivit. Hinc

Vim inertiæ, si ea pro vi quadam positiva usurpetur, frustraneam esse arbitramur in corporibus, ut illa in motu posita, in eo perseverent; quemadmodum iisdem e principiis deducimus, nullam ejusmodi vim requiri, ut corpus in quiete consistens, hunc suum statum tueatur.

Hac e doctrina sequitur, motum omnem in corporibus esse motum impulsionis, nec dari in rerum natura motum tractionis; & phænomena quidem, quæ hunc probare videntur, a viribus externis repetimus, ac mechanice explicamus: cujusmodi sunt cohæsio duorum planorum perfecte politorum; infractio radii luminosi; duarum guttarum ad invicem accessus.

De motibus intestinis.

QUÆSTIONES.

Quibusnam motibus actualis corporum divisio, quæ ad eorundem resolutionem, aut compositionem facit, peragitur?

Quid speciatim nomine fermentationis: adhæsionis: solutionis: & præcipitationis intelligitur?

Quid de vegetationibus chemicis peculiariter dicendum?

Num hæ, aliaque experimenta chemica mechanice explicari possunt?

Quid porositas dicitur? quæ commoda ex hujus cognitione in usus humanos derivantur?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Fermentatio habetur, cum subtiliores mixti partes, magisque actuosæ texturam laxant, crassiores moleculas attenuant, & exagitant, ita, ut in toto mixto effervescentia quædam, aut ebullitio sequatur; id, quod maxima parte salibus acidis, & alcalicis verosimilius tribuitur.

Adhæſio fluidorum ad ſolida fit per hoc, quod illorum particulæ ſuperficiem ſolidam attingentes, in hujus ſe ſe poros (cum quibus, & relate ad amplitudinem, & ſpectando figuram, proportionem habent) collocent, preſſione deinde fluidi extrinſecus agentis eam in partem urgeantur, qua ob remotum fluidum, quod inter moleculas adhæreſcentes, & inter ſolidi ſuperficiem interſerebatur, reſiſtentia eſt minor.

Speciatim oſtendimus, ſolutionem dependere a ſolventis habilitate, quæ in eo ſita eſt, quod maſſulæ illius minimæ ſeu ob ſuam exilitatem, ſeu etiam ob aptas ſuas figuras in ipſam corporis compagem ſe penetrare, texturam disjicere, parteſque minutim conciſas dirimere poſſint.

Ad cryſtalliſationem dicimus requiri molecularum figuras aptas ad obtinendum in pluribus punctis contactum; item abſentiam talis materiæ, quæ aut ſuperficieculas oblinat, aut particularum planulis, ſecundum quæ ſe alioqui contingerent, interfundatur.

Atque hac ratione explicamus vegetationes chemicas: cujusmodi ſunt arbor Dianæ, & Martis, illa item, quæ botri ſtructuram imitatur.

Præcipitatio efficitur, dum partes exiliſſimæ in liquore aliquo diſperſæ, coagulatione peracta, ad ſuperandam particularum cohærentiam aptæ redduntur, & ad imum deſcendunt.

De motu ſimplici, ac compoſito.

QUÆSTIONES.

Quid motus ſimplex: directus: elaſticus: reflexus: refractus?

Quid de motu elaſtico Newtonus, aliique Philoſophi ſenſerunt: quæ noſtra de eorum placitis doctrina?

Poſſuntne recenſeri emolumenta, quæ a motu elaſtico, ejusque cognitione dependent?

Quid, & quotuplex motus compoſitus?

Quid motus projectorum: gyrationis: & oſcillationis?

Quid ſpeciatim de pendulo: quotuplex illud: quæ longitudo requiritur, ut vibratione ſua durationem minuti ſecundi horarii exæquet?

Quis uſus pendulorum: quid Hugenius præſtitit?

Quid de reſolutione virium, & motus dicendum?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Motus corporum elaſticus veroſimilius oritur a materia ſubtili per poros eorundem jugiter fluente, atque impulſibus continuis diſtendente; expoſcitur tamen ipſo in corpore partium quædam rigiditas, flexilitas, certus ea-

earum situs, ac figura, sic, ut eæ nec laxa nimium, nec nimis arcta interstitia efforment.

Motus reflexi causa potissimum est elasticitas corporis, aut reflectentis, aut reflexi, vel utriusque simul.

Motus refracti causa petitur a diversa medii, quod oblique pervaditur, resistentia.

Si duæ vires idem corpus determinent ad motum æquabilem, directionibus ad quemcunque angulum concurrentibus, illud describet diagonalem parallelogrammi, cujus latera exhibent quantitatem, ac directionem virium singularum.

Si corpus impellatur vi gemina, altera, quæ ad motum æquabilem, altera, quæ ad æquabiliter acceleratum, aut retardatum concitet, illud lineam curvam, eamque parabolicam conficiet.

Corpora, quæ circa punctum aliquod revolvuntur, in singulis orbitæ partibus recedere ab illo nituntur; ac vicissim, corpora, quæ attemperatis certa ratione viribus centralibus aguntur, curvam quamlibet lineam emetiuntur.

Corpora, e puncto immobili suspensa, eo pacto moventur, ut libere oscillando arcum circuli circa punctum suspensionis tanquam centrum describant.

De motu corporum gravium.

QUÆSTIONES.

Quid nuncupatione corporum gravium notant Philosophi?

Quid de causa gravitatis ii senserunt? eccur sententiæ ipsorum minus probantur?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Dicimus: motum corporum gravium congrue repeti ab impulsibus substantiæ subtilis non elasticæ, quæ motu oscillatorio rectilineo a peripheria systematis mundani versus centrum commune celerrime, jugiterque moveatur.

Quo quidem in systemate explicamus præcipua gravitatis phænomena: uti accelerationem gravium labentium, ac speciatim evolvimus, cur spatia in descensu percursa augeantur secundum hanc progressionem 1. 3. 5. 7. 9. &c. neque minus dein ostendimus, gravitates corporum decrescere in ratione inversa quadratorum distantiæ, quas corpora a centro gravium sortiuntur: commonstramus item, qua temperatione intelligendum veniat sumptum a

Physicis axioma illud: gravitates esse massis proportionales. Alia denique ad gravitatem revocanda phænomena e mechanicis legibus nostro in systemate commode explanamus.

De impedimentis motus.

QUÆSTIONES.

Quotuplicia sunt motus impedimenta?

Quid, & quotuplex frictio: quæ frictionum remedia?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Resistentia mediorum petenda est ex quantitate medii, loco movenda, quæ determinari debet, tum per densitatem ipsius, tum per anteriorem mobilis superficiem, tum per celeritatem ejusdem.

Frictiones resistunt tum pro ratione asperitatum, ac duritiei ipsorum corporum, tum pro ratione magnitudinis superficierum, tum pro quantitate pressionis, ac velocitatis.

Corpus solidum quiescens, per id ipsum, quod sit impenetrabile, resistit, atque impedit, & pro ratione suæ massæ, & pro ratione celeritatis, qua corpus incurrens fertur, ne impingens collisione peracta motum suum persequatur.

E Statica.

QUÆSTIONES.

Quid statica: quæ ejus partitio?

Quid æquilibrium: centrum gravitatis: linea directionis?

Quid de libra, & statera dicendum?

PRINCIPIA TRIA GEOSTATICÆ.

PRINCIPIUM I.

Celeritas duorum gravium solidorum ex ejusdem jugi extremis libere pendentium, sunt directe inter se, ut distantiæ a centro motus.

PRINCIPIUM II.

Corpora gravia, quorum pondera æquantur, ex æqualibus a centro motus distantiis appensa, æquilibrium tuentur. Si pondera sint inæqualia, & distantiæ æquales, non manent in æquilibrio; sed, quod pondere majori donatum est, deprimitur. Si pondera sint æqualia, & distantiæ inæquales, non consistunt æquilibrata; verum, quod a centro motus removetur magis, præponderat.

PRINCIPIUM III.

Corpora inæqualis ponderis, ex inæqualibus distantiis jugo appensa, obtinent æquilibrium, si distantiæ a centro motus fuerint, ut ipsa pondera reciproce.

E Machinali Scientia.

QUÆSTIONES.

Ecquid Machinalis scientia?

Quænam machinæ numerantur præcipuæ?

PRINCIPIUM UNICUM.

Potentia videlicet, & pondus ita machinæ applicentur necesse est, ut simul moveri nequeant, nisi potentia moveatur velocius, quam pondus; & hac quidem lege, ut celeritas potentiæ majorem habeat rationem ad celeritatem ponderis, quam reciproce ad pondus ipsum ad vim potentiæ: quæ ratio, quo major fuerit, eo facilius potentia exigua corpus ingens machinæ adminiculo dimovebit.

Ex Hydrostatica.

QUÆSTIONES.

Quotuplici ratione fluidorum pressiones considerantur? quid aræometrum?

Quid tubus capillaris: Torricellianus: quid antlia pneumatica: quotuplices antliæ?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Ex Hydrostaticis legibus demonstramus 1. Fluidorum pressionem æstimari oportere secundum rationem compositam altitudinis, & baseos. 2. In tubis communicantibus, si homogenea fuerint fluida, ad libellam se componere. 3. Si heterogenea, ea in æquilibrio tum persistere, cum illorum altitudines fuerint reciproce, ut eorum gravitates specificæ.

Commonstramus: his legibus non adversari motus fluidorum in tubis capillaribus, quos quidem repetimus a pressu subtilis substantiæ; exposcitur tamen quædam inter partes fluidi, & ipsam superficiem solidam habitudo, a qua plenior contactus, & adhæsio habeatur: ad motuum autem diversitatem, partium fluidi mutua cohæsio, aer item seu harum interstitiis, seu alterius corporis meatibus interfertus, non exiguum conferunt.

Deducimus ex aeris libramento: motus omnes, atque effectus, qui in vacui horrorem referri solebant, ex fluidi aerei pondere, aut elasticitate pendere.

De affectionibus corporum secundis.

QUÆSTIONES.

Quidnam secundarum corporis affectionum, seu qualitatum nomine intelligitur: quotuplices eæ distinguuntur?

Quid notione caloris, & frigoris venit?

Quid de thermometro adferendum?

Quidnam humiditatis, & siccitatis nomine volunt Physici?

 Quid

Quid hygrometrum?

Ecquid ſonus; lux; colores; tum prout ſpectantur in objectis, tum prout in medio?

Qualenam inſtrumentum tuba ſtentorea, item acuſtica?

Quid phosphori ſunt, & quotuplices?

Quænam dicuntur qualitates inſenſibiles?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Calor conſiſtit in motu vehementi, vario, ſive perturbato, & expanſivo partium inſenſibilium in fibras ſenſiles corporis animalis irruentium, ſimilique eas motu incitantium.

Frigoris naturam in partium quiete, aut motus varii imminutione aptiſſime conſtituimus.

Sonus, prout eſt in corpore ſonoro, habetur per motum tremulum minimarum partium: prout autem eſt in medio, per quod transmittitur, potiſſimum in tremulo aeris motu poſitus eſt.

Lucem, ſpectatam in corpore lucido, repetimus a vehementi celerrimoque motu ſubtilium partium illud conſtituentium; ejusdem autem propagatio per æthereæ ſubſtantiæ preſſionem rectilineam a corporis lucidi motu profectam, & viſus organum impellentem explicanda eſſe videtur.

Colores, prout ſunt in objectis, quæ colorata nuncupantur, habentur a magnitudine, figura, ſitu particularum corpora componentium: prout autem ſunt in fluido luminoſo, in varia vibratione radiorum luminis, organum viſus moventium conſtituuntur.

Qualitates inſenſibiles, uti ſympathia, antipathia, antiperiſtaſis, medicamentorum, venenorum vis &c. recte deducuntur e profluviis ſubſtantialibus, ac mechanicis affectionibus minimarum partium: item conſuetudini, moribus, temperamento, aut imaginationis viribus effectus ejusmodi tribuuntur.

E PHYSICA SPECIALI.

QUÆSTIO.

Ecquid Phyſica ſpecialis præcipue complectitur?

E Cosmologia ſpeciali.

QUÆSTIONES.

Quid ſyſtematis mundani nomine Phyſici intelligunt?

Quænam ſumma capita ſyſtematis Tychonici, & Copernicani?

PROPOSITIO ASSERTA.

Mundi ſyſtema a Copernico concinnatum multa commoda præ ceteris Philoſophorum ſyſtematibus ſortitur.

Ex

Ex Vranologia.

QUÆSTIONES.

Quænam ſtellæ fixæ: quæ errantes dicuntur?

Quotuplices ſtellæ temporariæ?

Quas in claſſes diſcriminantur cometæ?

Quo ſignificatu aſtrorum influxum aſſeruerunt veteres?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Solem aſſerimus potiſſima ſui parte ignem eſſe.

Ejus maculæ ſunt congeries ortæ ex ſolaris corporis exhalationibus, ei proximæ, non tamen inhærentes. E quibus deducimus, peculiarem eidem atmoſphæram circumfundi, eumque motu vertiginis revolvi. Stellæ fixæ haud diverſam a ſole naturam nanciſcuntur.

Luna eſt corpus opacum ex ſeſe, & quidquid luminis ſpargit, a ſole recipiens, ſuperficie admodum aſpera, & inæquali comprehenſum, atque e partibus tum ſolidis, tum fluidis compactum.

Veroſimillimum hinc cenſemus, lunæ maculas eſſe maria, lacus, & ſtagna, contra, quam ſentiat Hugenius. Nec minus, atque alia corpora, lunam ſua donari atmoſphæra; circum axem ſuum etiam rotari, exiſtimamus. Planetæ ceteri omnes corpora pariter opaca recte habentur, ac lumen a ſole excipiunt.

Stellæ novæ videntur eſſe corpora, partim opaca, partim ignea, & lucentia, quæ circa axem proprium certa quadam periodo convertantur, & fortaſſe terminos partis lucidæ mutabiles habeant.

Cometas dicimus eſſe corpora cœleſtia, mundo coæva, planetis haud abſimilia, quæ per ingentes orbitas conſtanti motu cieantur; quas tamen defectu complurium obſervationum definire nequedum licet.

Aſtrorum motus congrue repetitur (poſito materiæ gravificæ ubivis diffuſæ ſyſtemate) a viribus centralibus, ea quidem lege, ut vi compoſita ex gravitate univerſali, atque ex motu projectili in lineis rectis primum impreſſo, circum certa centra volvantur.

Aſtrorum in tellurem influxum alium, præter actionem lucis, non agnoſcimus.

Ex Geologia.

QUÆSTIONES.

Quid tellus: quænam potiſſimum partes eam componunt?

Quid terræ ſtrictæ ſic dictæ; ſucci concreti; lapides; & metalla?

Ecquid magnes? quotuplex in eo affectio diſtinguitur?

Quid succinum : quid vis electricæ nomine innuimus ?

Num historia electricitatis compendio referri potest?

Quid maria : quotuplex in iis motus observatus?

Quid de fontium, ac fluminum origine sentiunt Philosophi?

PROPOSITIONES ASSERTÆ.

Vis directrix magnetis per effluvia magnetica e tellure prorumpentia; attractrix per motum atmosphæræ magneticæ, fluidam inter magnetes, vel inter magnetem ac ferrum interfusam substantiam repellentis; communicatrix per eadem profluvia, non citra verosimilitudinem explicatur.

Vis electrica per fluidum igneum corporis electrizati partibus subtilissimis permixtum, ac duplicis torrentis instar ei circumfusum exponitur.

Motum illum maris, quem fluxum, ac refluxum compellamus, ab impulsibus materiæ gravificæ, pro diversa lunæ interpositione, varie interceptis repetimus. Phænomenorum deinde hoc in motu occurrentium diversitatem opportune explanamus, solem lunari corpori adjungendo ,; atque una constituendo, maria invicem sive per subterraneos, sive superterraneos meatus communicare.

Fontium, & fluminum originem e pluviis, nivibus solutis, ac vaporibus deducimus.

E Meteorologia.

QUÆSTIONES.

Quid Meteorum ? In quot classes ea dispescuntur?

PROPOSITIO ASSERTA.

Meteora oriuntur pro diversitate molecularum atmosphæram terrestrem constituentium. Ita fulguris, fulminis, bolidum &c. naturam ex accensis muto attritu acidis, ac sulphureis potissimum exhalationibus repetere licet.

EX HISTORIÆ

PROLEGOMENIS.

Quæ divisio historiæ ratione materiæ & temporis?

Quænam dotes perfectæ historiæ?

Veritas historiæ quibus monumentis nititur?

Quænam præter historicos monumenta autoritatem faciunt, & qualia certo ævo magis adcommodata?

Quid marmor Arundelianum ? quid ad Archontum conciliationem observandum, atque ex quota potissimum epocha?

Quomodo historia sit plena & perspicua?

Quid periodus Juliana, quæve ejus utilitas?

Quid genealogia, & character? unde genealogiæ petendæ ?

EX HISTORIA ANTIQUA

A MUNDO CONDITO AD ALEXANDRI M. MORTEM.

Quo anno periodi Julianæ, & quo ante Æ. C. mundus conditus? certusne annus orbis conditi?

Quæ de situ paradisi celebriores sententiæ? quænam, & cur videtur probabilior?

Qui patriarchæ ante diluvium? quid de his crisi notandum? quæ de gigantibus probabilia?

Quæ causa, quod tempus diluvii? quo cubito dimensiones arcæ exigendæ? an exundatio per orbem universalis?

Qui Patriarchæ post diluvium? cur horum periodus 760. annis longior statuenda, quam Petavius definiverit?

Quæ Præcipue notanda ab Abrahamo usque ad ingressum Jacobi in Ægyptum?

Quot annis Israelitæ Ægyptum incoluerunt?

Quæ initia historiæ profanæ, ex quibus autoribus petenda? quæ regna antiquissima?

An quis hominum apotheosi cultus ante tempora Euhemeri?

Quæ de exitu Israelis, & itinere per desertum historica, aut geographica crisi perstringenda?

Quomodo chronologicum intervallum 599. annorum in historia Judicum cum epocha diserta templi anno 480. ab exitu conditi conponendum?

Ubi epocha historiæ Ruth probabilius designanda? quæ de judicibus potissimum notanda?

Quid de Regibus ante schisma politicum observatione dignum?

An Thamar soror Amnonis?

Quæ remotissima Græca historia? quæ confusionis causæ? quid de Titanum familia seclusis fabulis?

Quæ, & a quibus coloniæ, quoue temporis ordine in Græciam deductæ? qui religiosi cultus invecti?

Quo tempore, & quomodo Deucalionis diluvium evenit?

An Bellerophon Perseum pluribus annis præcessit? quomodo communis error dedocendus?

Quid in laboribus Herculis historicum? quæ Argonautarum expeditio?

Quæ Olympiadum initio data occasio? quæ historice, quæ chronologice Prima, cuique anno A. C. respondeat?

Quid de Theſeo, Oedipo ejusque familia referendum?

Quæ occaſio, quæ fata belli Trojani? an Newtoni calculus tolerandus, qui excidium Trojæ æræ vulgari 280. annis magis admovet? Æneas an patriæ proditor?

Quæ epocha poſtremi Heraclidarum in Peloponeſum adventus? quæ anteriores illorum expeditiones?

Quis poſtremus Athenienſium, quis Corinthiorum rex, quæ deinde utraque in urbe regiminis forma?

Quid de chronologia regum Juda & Iſraelis cenſendum? quando regnum Iſraelis ceſſavit? quantum intervallum a condito templo ad everſum regnum Juda ſtatuendum?

Qui utriusque regni reges? quæ ſub his commemoratione digna?

Quæ de navigationibus Salomonis probabilior ſententia? qui celebriores ſacri vates? an hiſtoria Judith ad Manaſſis tempora referri poſſit? quæ epocha illi ſtatuenda?

Quo tempore Tyrus condita? unde 70. anni captivitatis Babylonicæ ducendi?

Quo anno A. X. Ninive everſa, quodve regni Medorum initium?

Quis Nabuchodonoſor II.? quis poſtremus Babylonis rex, ſeu Danielis Balthaſſar?

Quæ Macedonici regni initia? quæ Romæ conditæ epocha, & adjuncta?

Qui reges Romani? quidve ab his ſeu bello, ſeu pace geſtum? quæ ejectorum regum epocha, & occaſio?

Quæ bella Meſſeniaca; quibus coloniis inde origo?

An naratio Herodoti hiſtoriæ Xenophontis de Cyro præferenda? quæ pugna ad Thymbræam? quomodo Babylon capta?

Syracuſæ, Croton, Epidamnus, Cyrene, quando & a quibus conditæ?

Quæ Cambyſis bella, quis exitus Ægyptiacæ, quis Æthiopicæ expeditionis?

Quæ eo abſente regni uſurpatio, quomodo detecta?

Quis Chambyſis ſubceſſor? quomodo rebelles Babylonii a Dario perdomiti?

Quæ ejusdem expeditio in Scythas, quæ in Græcos, atque utriusque fortuna?

Quomodo, quo duce ab Athenienſibus ad Marathonem feliciter pugnatum? quæ Miltiadis fata?

An

An Newtoni ſententia de Pythagoræ ortu an A. X. 640. ſuſtineri poſſit?

Quæ Romæ forma reipublicæ regibus exactis? qui primi Coſſ. quæ bella a Tarquiniis, quibusvis populis ſolicitatis excitata?

Quid de Mucio Cordo, & Clælia fidem meretur?

Quis, quave occaſione primus dictator? qualis hic magiſtratus?

Quæ, quave de cauſa ſuſcepta plebis ſeceſſio? quando quomodoque reducta?

Qui primi tribuniplebis, qualisque Magiſtratus?

Bellum cum Volſcis quale ſub an. V. C. 265. quo duce? quomodo terminatum?

Quæ primæ turbæ ob legem agrariam, quæ Caſſii fortuna?

Quæ bella Xerxis? quomodo pugnatum ad Thermopylas? quid Perſica claſſe ad Eubeam actum?

Quando, quoque exitu ad Salaminam mari congreſſi ſunt Athenienſes? an felicior in Sicilia Amilcar?

Quo anno ad Platæas terra, ad Mycalen mari victi Perſæ?

Quis Pauſanias, Themiſtocles, Cimon, quæ horum ducum ſeu foris, ſeu domi fortuna?

Quo anno A. X. mortuus Xerxes, an ad hunc perfugit Themiſtocles?

Ad quam epocham hiſtoria Eſtheris referenda? unde initium 70. hebdomadum Danielis?

Quæ pax Græcos inter & Artaxerxem anno A. X. 450. confecta?

Quæ Fabiorum contra Vejentes expeditio? bellum contra Volſcos anno V.C. 284. & ſeq. qua fortuna geſtum? quomodo L. Quintius Cincinnatus Minucium Cos. ad Algidum explicuit?

Quæ lex Terentia? Decemviri legum ſcribundarum quam diu Magiſtratum obtinuerunt?

Quis Sp. Mælius? quid machinatus? quomodo interiit?

Quæ ſemina belli Peloponeſiaci? quando cæptum? quid de Platæarum, tum Pyli Meſſeniacæ obſidione conmemorabile?

Quæ Athenienſium ſub annum A. X. 416. & ſeq. in Siciliam expeditio? quibus ducibus utraque ex parte, qua fortuna geſtum bellum?

Quis Athenienſium res conlapſas reſtituit? quæ Alcibiadis fata? quæ pugna ad Ægoſpotamum? quis finis belli Peloponeſiaci?

Quid ſub annum A.X. 410. & ſeq. in Sicilia geſtum? quo modo tyrannidem invaſit Dionyſius? quomodo a tyrannis 30. liberati Athenienſes?

Qui ſucceſſores Longimani in Perſide? quid de Dario notho, Artaxerxe Memnone commemorandum.

Quæ Cyri Junioris expeditio? quid de celebri Græcorum receptu?

Quæ Ageſilai & Spartanorum contra Perſas? quæ Perſarum & Cononis, fœderatorumque Græcorum contra Spartanos fortuna ab anno A. X. 396. ad 387.?

Quis Thebanam arcem cœpit, quis tyrannis cæſis recepit?

Quid de pugna ad Leuctra conmemorandum? quomodo Pelopidas interiit? quæ pugna ad Mantinæam conmiſſa?

Dionyſius ſenior qui tyrannidem ab anno A. X. 405. ad 368. retinuit? quæ fata junioris?

Quis Dion, Hicetas, Timoleon? quomodo Siculis libertas reddita?

Quid in ſociali Græcorum bello? quid in ſacro altero memoria dignum?

Quis Philippi II. Macedonis character? res geſtæ? mors?

Quæ Vejorum obſidio? quomodo Veji, quomodo Falerii in poteſtatem Romanorum venerunt?

Quæ pugnam ad Aliam conſecuta? an quæ de Camillo narrantur, ſat certa omnia?

Quæ occaſio quinquennalis anarchiæ, & conſulatus cum plebe communionis?

Quod bellum Samniticum? qui Latini perdomiti?

Quæ victoria Alexandri ad Granicum? quæ ad Iſſum Ciliciæ?

Qualis expeditio Syriaca? quæ pugna ad Gaugamella? quid Dario factum?

Quis poſt victorias Alexander? quæ mors?

EX ARCHITECTURA CIVILI.

QUÆSTIONES.

QUæ origo, quis progreſſus Architecturæ? quæ hujus ſcientiæ diviſio, quæ axiomata præcipua?

Quid Eurithmia & Symetria?

Quæ conditiones materiæ? quæ fulcrorum diſtinctio?

Quid nomine Ideæ, Proto- & Ichnographiæ? Elevationis Geometricæ, Interſectionis, Sciographiæ comprehendunt Architecti?

Quid projectura partis, & Ecphora? colliquiæ, ſubgrunda?

Quid architectonicus ordo? quæ ejus partes tam primariæ, quam ſecundariæ?

Qui ordines præcipui, quis modus unum ab altero diſcernendi?

Quid ſymbolicæ columnæ? quod earum diſcrimen?

Quid

Quid periſtilium & Arcus?

Quæ ſtatuarum ad architectonica opera proportio?

Quæ leges generales in taxi, & diatheſi hodiernorum architectorum obſervantur?

THEOREMATA.

In architectura civili maxime probantur rationes, quæ numeris minoribus exprimuntur.

Subſtructionis in fundamento inferior baſis latior ſuperiore, ſuperioris exceſſus ultra muri imponendi latitudinem, altitudini proportionalis conſtitui debet.

Muri ad perpendiculum excitandi, tum contrahendi, & tecti oneri ferendo pares reddendi ſunt.

In omni camera lateres atque ſaxa cuneatim, neque libratim, ſed arcus forma diſponi debent.

Formæ Ectypæ ædificiorum in conſpicua aliqua magnitudine effingendæ ſunt, & ſecundum ſectiones horizontales atque verticales exhibendæ.

PROBLEMATA.

Fundamentum ædificii ponere, ſtruere muros, & ſcalas.

Feneſtras, januas, & coronices intra conclavia determinare.

Angulum octogoni pro frontiſpicio deſcribere.

Delineare arcum compreſſum.

Pilarum latitudinem pro circuli portionibus quibusvis reperire.

Ex aſſignata totius ordinis altitudine, diametrum columnæ Vignoliana methodo deſignare, ipſosque ordines delineare.

Volutam Jonicam deſcribere, ſcapum columnæ contrahere, alveolos ducere.

Fabricæ dimenſionem exequi, muros tam acclives quam rectos calculo ſubducere, fundamentum in ſolo deſignare.

EX ARCHITECTURA MILITARI.

Ex Tactica.

QUÆSTIONES.

Quid Architectura Militaris late ſumpta?

Quid Tactica, & quotuplex?

Quid ordo, Syllochiſmus, agmen pedeſtre & equeſtre?

Quid motio agminis, & evolutio? quid acies quadrata, & columna?

Quæ axiomata in caſtris deſignandis obſervanda ſunt?

Quæ ſtativa, hyberna?

PROBLEMATA.

Dato numero militum ſupputare ſpatium quod agmen in fronte, & in latitudine occupat.

Dato ſpatio invenire, quod milites requirantur ad inſtruendum in ipſo agmen aut manipulum.

Formare agmen arithmetice & geometrice quadratum.

Formare agmen quadratum centro a militibus vacuo.

Explicare inſtructionem & evolutiones aciei exercitus, item ordinem præliandi.

Caſtra metari.

Ex Pyrotechnia.

QUÆSTIONES.

Qui ignes bellici?

Quid calibra? & ſpatium vacuum?

Quæ partes tormenti atque mortarii?

Quæ differentia ſuggeſtus pro mortariis & pro tormentis ſtructi?

THEOREMATA.

Amplitudines jactuum ſunt ut ſinus angulorum elevationis duplorum.

Amplitudo maxima acquiritur ſub angulo 45°.

Sub angulis æque diſtantibus a 45°. amplitudines fiunt æquales.

Quæ obtinetur ſub angulo 15. graduum ſubdupla eſt ejus, quam dat angulus 45. graduum.

Amplitudo maxima eſt dupla quartæ partis parametri, diametri, quæ tranſit per punctum projectionis.

Spatium a cuniculo excavatum pro conoide parabolico habendum eſt.

PROBLEMATA.

Bombarum vitia detegere.

Globorum numerum in quovis aggeſto cumulo tam ex tabulis, quam ex formulis algebraicis determinare.

Invenire diametrum globi libralis, & deinde regulam calibræ parare, eandem examinare.

Spatium vacuum in machinis reperire, iisdem globorum diametros conformare.

Ex data calibra globi, longitudinem tormenti, & data tormenti longitudine, nec non ejus calibra quantitatem pulveris pyrii pro fartura invenire.

Menſuram pulveris pyrii parare.

Tormentum ad ſcopum dirigere, tam in jactu arcuato, quam in horizontali.

Tam

Tam tormentum quam mortarium ita elevare, ut cum horizonte efficiat angulum datum.

Ferire objectum, etiam supra vel infra horizontalem lineam suggestus positum.

Cameram cuniculi, ejusdemque farturam determinare.

Ex Arte muniendi

QUÆSTIONES.

Quid Architectura militaris stricte sumpta?

Qui canones præcipui munitionum hodiernarum?

Quod systema muniendi classicum æstimatur?

Quid opus externum? quid irregularis munitio?

Quid opus campestre, reductus, lineæ?

THEOREMATA.

Quantitas defensionis desumitur a perpendiculari inter parallelas extremitatibus lineæ defendentis adsitas intercepta.

Spatium indefensum ab angulo mortuo productum majus est, sub angulo obtuso, aut acuto quam recto.

Valli altitudo minor præstat majore.

Munimentum ex propugnaculis, & cortinis; propugnacula ex faciebus, & alis constare debent.

Castellum in loco edito collocandum, & spatio inter urbem relicto a civium habitationibus sejungendum.

Quarteria fluvio separata tribus plerumque pontibus jungi, lineæ dimidiis reductibus & in angulis propugnaculo muniri debent.

PROBLEMATA.

Lineam magistralem Vaubaniana methodo describere, vallum, fossamque hodierno more adjungere.

Forcipulas, lunulas, suggestus in vallo excitare.

Trigonometrice angulos & lineas munimenti supputare.

Parmulæ facies, semicolla, & a vallo distantiam trigonometrice eruere.

Munimentum in solo designare.

Distantiam ab obsessa urbe in dies singulos explorare.

Lineas, accessus &c. parare.

Ducere adverso munimento parallellam & suggestum opposito lateri quatiendo parallelam constituere.

O. A. M. D. G.

Menda typi, quæ serius notata sunt, præcipua hæc sunt:

Pag.	2	*Lin.*	32 Lundorpium	*Lege.*	Londorpium
	5		18 foram		forma
	7		16 Cotonelli		Coronelli
	10		23 memorabila		memorabilia
	11		22 de		fide
	14		11 Beschreibnng		Beschreibung
	14		22 adject		adjecti
	15		5 Pragensis		Pragensis.
	15		25 Richurdi		Richardi
	16		1 Colonia		Coloniæ
	17		25 locus		locis
	23		3 Sacris cætibus		Sacris Cœtibus
	24		15 Schieder-Säuerlings		Schleder-Säuerlings
	60		22 Binos		binos
	61		10 Raconitzensi		Rakonitzensi
	65		9 in expugnabilibus		inexpugnabilibus
	65		27 isdem		iisdem
	66		32 Bilanam		Bilinam
	67		1 qui		quæ
	69		13 descr ptæ		descriptæ
	101		24 ali		alii
	122		29 Psy		Bsy

Cetera quisque, me non advertente, facile emendabit.

Unterricht an die Buchbinder, die Anhäftung der beygelegten Täfeln betreffend:

Nach dem so genannten Schmutz-Titel wird der Prospect des Königlichen Theresianischen Hoch-Adelichen Collegii eingeschaltet.

Die übrigen werden an den Raum der angedeuteten Blätter also angehäftet, daß die zwey ersteren lincker, die übrigen rechter Hand aufgeschlagen in die Augen fallen.

15 Taf

Menda typi[...] hæc ſunt:

Pag. 2	*Lin.*	[...]ium
5		
7		[...]i
10		[...]ilia
11		
14		[...]ung
14		
15		[...]s.
15		
16		
17		
23		[...]etibus
24		[...] Säuerlings
60		
61		[...]nſi
65		[...]abilibus
65		
66		
67		
69		
101		
122		

Cetera [...]labit.

Unterricht an die Buchbinder, die Anhäftung der beygelegten Täfeln betreffend:

Nach dem ſo genannten Schmutz-Titel wird der Proſpect des Königlichen Thereſianiſchen Hoch-Adelichen Collegii eingeſchaltet.

Die übrigen werden an den Raum der angedeuteten Blätter alſo angehäftet, daß die zwey erſteren lincker, die übrigen rechter Hand aufgeſchlagen in die Augen fallen.